

hoc videmus in seruo dotali, in quo maritus habet civile dominium, hoc est legale, vxor autem naturale, l. 3. C. de iure dot. & l. quamuis, ff. eodem titul. § Similiter etiam marito constante matrimonio competit rei vendicatio ancillæ dotalis: quia habet in ea dominium à lege introductum & sic civile, non vero vxori, l. doce ancillam, C. de rei vendic. & tamen vxor habet dominium naturale rei dotalis, vt probat textus expressus in l. in rebus, C. de iure dot. ibi: Cum eadem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio, & reddit text. rationem huiusmodi: Non enim quod legum subtilitate transiit earum (scilicet, rerum dotalium) in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas delera, vel confusa est. Filius quoque viuo patre dicitur quasi dominus bonorum eius, quorum tamen verum dominium apud patrem est, l. in suis, ff. de lib. & post. Sic igitur dicendum est in nostra specie, vt quamuis concedamus dominium legale bonorum hæretici esse penes fisco à die commissæ hæresis; naturale tamen apud ipsammet hæreticum est, ac proinde ante condemnationem non tenetur hæreticus bona sua fisco tradere aut restituere, donec condemnetur & ab eo petantur. Denique considero quod verba illa text. in d. cap. cum secundum leges, scilicet, hæreticorum bona ipso iure decernimus confiscata, nihil aliud videntur significare quam quod ea bona ipso iure delata sunt fisco & obnoxia confiscationi, sicque ad fisco pertinent, sed tamen opus est vt fisco ea petat, & hæreticus accusetur, & ordine iuris seruato condemnetur, vel declaretur hæreticus & bona eius occupentur à fisco: hoc autem facto, alienationes à die commissæ criminis vitibus non subsistunt, ac proinde alienata à possessoribus vendicari poterunt per fisco, antea vero minime, sed tantum confiscari quovisque sententia feratur, vt statim dicitur.

13 Et ita merito quod huiusmodi delinquentes habeant dominium bonorum suorum à tempore commissi delicti vsque ad latam sententiam tenentur Archid. Victor. Soto, & alij, quos refert & sequitur Molin. Theol. supra, 1. parte de iust. & iur. diffinit. 95. column. 58. versic. dubium vero, ibi contrarium tamen: dicens in hoc sensu accipienda esse iura, quæ contrarium innunt, & quod nec aliud voluisse videntur plerique ex Doctoribus contrariæ sententiæ. Sic etiam intelligenda sunt quæ diximus d. lib. 2. canon. quest. cap. 3. num. 67. cum sequentibus, quæ alias videbantur contraria supradictis, nempe, vt procedant in dominio civili & improprio, prout est legale, secus in dominio naturali & proprio.

14 Nec sup. nostræ sententiæ principali quicquam obsant Regiæ leges nonnullæ, quæ obligant expressim ad pœnam in foro conscientie præstandam, vel soluendam: illæ namque leges duplici ratione tolerari possunt. Tum quia de quibusdam hominibus loquuntur, quibus officia publica commissæ sunt ea lege, ne quid ultra salarium accipiant, alioqui ad pœnas ibi statutas teneantur. Tum etiam, quia suo iuramento se illi astringunt ad eas pœnas soluendas. Quibus casibus dubium non est quin pœnas illas solvere teneantur, quod longe distat à quæstio. proposita, vt respondet Simanc. vbi supra num. 16.

15 Secundum principale fundamentum huius receptissimæ & verissimæ sententiæ est nostra hæc l. Regia 1. titul. 3. lib. 8. nou. collect. Reg. ibi. T esse

tal, desues que por el iuez Ecclesiastico fuere condenado por hereje, perda todos sus bienes, y sean para la nostra Camara: ergo ante condemnationem, licet eius bona sint ipso iure confiscata vt in d. cap. cum secundum leges, non tamen vt amissa. Quod si fateamur quod sint amissa, non tamen idco sunt in dominio naturali fisco, sed tantum in civili.

Licet autem hæreticus aut quicumque alius, 16 qui in crimen incidit, cui est pœna amissionis bonorum ipso iure statuta, non teneatur bona sua fisco tradere ante latam sententiam, ea tamen lata retro agitur confiscatio à tempore commissi delicti, ita vt bona omnia, quæ à tempore commissi delicti illius fuerunt, ad quemcumque quocumque tit. deuenierint pertineant ad fisco, etiam si hæreticus post suam mortem damnetur. Et hac de causa rescinduntur omnes alienationes, & quicumque alij contractus, etiam causa dotis ab eiusmodi delinquentibus à tempore commissi delicti facti, vt pœna nullius momenti: nec fisco tenetur soluere pretium, quod hæreticus in commutationem pro his bonis accepit exceptis quibusdam casibus, vt latè differimus vbi supra d. lib. 1. de iust. & iur. quest. 6. artic. 6. versic. 3. conclusio, pag. mihi 63. & nouissime Molin. Theolog. vbi supra, col. 581. cum sequentibus.

Prædictam autem conclusionem receptissimam quæ habet, quod reus non teneatur ad pœnam soluendam in foro conscientie ante sententiam, & condemnationem, pluribus modis declarauimus d. cap. 5. numer. 15. cum pluribus sequentibus, & quæ ibi dicta sunt hic iterum memoria recolenda erunt.

Et post hæc scripta multis retro annis hanc quæstionem pertractant Thomas Sanch. in præcept. Decalog. sua Summ. lib. 2. cap. 22. numer. 6. cum pluribus sequentibus, pag. 334. vbi nostram sententiam prædictam probat cum suis declarationibus & limitationibus, & Fr. Ludouic. de Mirand. in manuali Prælatorum, tom. 2. quest. 25. art. 19. per totum, pag. 266. vbi quinquè conclusionibus eam resoluit, omnino videndis & tenendis, quæ à supradictis non dissonant.



S V M M A R I V M.

- 1 Hæreticus negans crimen an teneatur ad restitutionem bonorum, damnorum, & expensarum in foro conscientie, & numeris sequentibus. Resoluitur hac quæstio sex conclusionibus omnino videndis.
- 5 Appellantes & lites prostrabentes iniuste, & scienter, vt aduersarium ledam, tenentur ad restitutionem.

Hæreticus negans crimen an teneatur ad restitutionem bonorum in foro conscientie?

Q V Æ S T I O XLVI.

VÆRO nunc in proposito, an accusatus de hæresi à se commissæ negans crimen, quod si confessus fuisset suis bonis priuandus veniret, teneatur,

teneatur & sic obligatus in foro conscientie ad restitutionem eorum?


In hac quæstio. Sotus vbi supra, art. 6. concl. 4. in fin. inquit hunc de quo quærimus teneri soluere eam pœnam, quam solueret si crimen commissum confessus esset, nisi pœna esset corporalis, quam nemo à se ipso sumere tenetur, ad exilium tamen tenetur, & ad soluendum omnia, quæ soluenda fuissent si crimen confessus esset.

Nauar. tamen in enchirid. c. 14. n. 49. contrarium potius tenet, quia leges pœnales non obligant in conscientia nisi post latam sententiam, vt latè probauimus supra. Quid tenendum?

Et quidem sententia Soti est nimis aspera & contra præxim: quare rem hanc redde mihi abfoluisse videtur lex conclusionibus Ludou. Carb. in tractat. de rest. quest. 31. per totam, quæ sunt huiusmodi.

- 2 Prima conclusio. Quando pœna futura erat corporalis, qui negat verum crimen non tenetur ad eam soluendam. Et hæc est doctrina certa, in qua etiam Sotus conuenit, & est communis opinio.
- 3 Secunda conclusio. Iste tenetur ad restitutionem damni, quod se dedisse negauit, veluti si negauit se cuiusdam damnum intulisse, aut aliquid debere: tenetur namque ad hoc damnum refarciendum. Ratio est, quia etiam ante negationem erat obligatus.
- 4 Tertia conclusio. Qui in iusto iudicio iniuste negauit crimen, tenetur restituere omnia damna & expensas, quæ ex tali negatione tertia persona patitur: v. g. dum iste veritatem occultat, oportet producere nonos testes, noua iura, noua chirographa, seu testamenta describere, quæ fieri sine expensis non possunt. Hæc & id genus alia damna relatienda sunt.
- 5 Quare qui appellans & lites protrahunt, vt aduersarium ledant, & vident se contra iustitiam facere, tenentur ad restitutionem iusta D. Antoninus in sua Summa 2. part. tit. 2. cap. 2. §. 3. & est communis doctrina secundum eundem Carb. vbi supra.
- 6 Quarta conclusio. Quando ex negatione veritatis non subsequntur damnium tertiæ personæ, & pœna exilij infligenda erat à iudice, qui verum crimen etiam iniuste negauit non tenetur ex se illam subire, vt probatur contra Sot. quia hoc peccatum est contra iustitiam legalem, non vero contra iustitiam commutatiuam: ergo non obligat ad restitutionem. Nihil enim auferit ciuitati, nec detinet, qui non exulat & relegandus erat si crimen confessus fuisset Carb. vbi supra, cuius opinionem proba, quamuis eius fundamentum non vergeat. Offendit namque huiusmodi delinquens partem læsam & Rempublicam. Nihilominus tamen, quia exilium est pœna, non vero interesse, negans crimen verum, ex quo imponenda sibi veniebat pœna exilij, non tenetur ex se illam subire in foro conscientie, nec in exteriori.
- 7 Quinta conclusio. Negans iniuste verum crimen non tenetur in conscientia ad soluendam pœnam pecuniariam ante condemnationem, & executionem, sed tantum peccat mortaliter secundum probabiliorem sententiam, quam quatuor rationibus fundat Carb. vbi supra.
- 8 Sexta conclusio. Absolutus à iudice etiam iniuste ad nullam restitutionem est obligatus. Sed hoc verum intelligo de pœna, non vero de damno illato parti, nec de eius interesse debito, ad quod antea & nunc in rei veritate erat & est obligatus & sic obligatus in foro conscientie ad restitutionem eorum?

gatus, nec sententia iniusta illum liberavit ab illius restitutione.



S V M M A R I V M.

- 1 De pœnis hæreticorum, vltra confiscationem, bonorum, referuntur, & examinantur plures pœna in num. seqq.
- 15 Abiurare hæreticum errores quid sit? Et plura de hac abiuratione declarantur in numeris sequentibus.
- 23 Hæreticus abiurare debet errores, vt in n. 15. cum seqq. Et non solum hæreticus hoc facere debet, sed etiam is, qui in suspensionem hæresis venerit.
- Abiurare errores propter vehementem suspensionem, aut leuem, multum interest, vt hic n. 23.
- 14 Abiuratio publicè fieri debet, si suspicio duxit originem à publico alia, secus si secreto sit.
- 25 Clericus quando tradendus sit Curie seculari, si labatur in hæresim post abiurationem.
- 25 Abiuratio errorum coram quibus fieri debet.
- 27 Abiurare nolens errores ad arbitrium Episcopi, & Inquisitionum vt pertinax, & impetentis iudici seculari relinquendus est. Ampliatur num. 18.
- 29 Purgatio canonica quibus casibus, & quomodo fiat, & de ordine in ea seruando? remissuè.

De aliis pœnis hæreticorum vltra confiscationem bonorum.

Q V Æ S T I O XLVII.

VÆRO vterius, quanam sint alie pœna, quæ à iure imponuntur hæretico vltra amissionem & publicationem bonorum, de qua tantum egimus in quæstionibus superioribus? Et in hoc de iure Civili nouem pœnas congerit D. Ioan. Vela de pœn. delict. delict. c. 14. de hæres. verb. puniuntur autem.

De iure autem Canonico Zanchin in tract. de hæret. c. 13. n. 4. quem refert & sequitur Fatim. in suis quæstionibus criminalibus l. p. q. 10. n. 38. quatuor pœnas congerit. Primò, quod damnatur memoria defuncti, vt in cap. si quis Episcopus in fin. de hæret. & in l. quoniam venerabilis, C. de Episcopis & cleric. Secundo excommunicatur, talisque excommunicatio non ideo fertur vt illa amplius aligeretur, quia iam æterpaliter est damnatus, sed id fit in criminis detestationem, vt ceteri hoc iudicium terribile. Ecclesie audientes similia committere contemiscant, secundum Archidiacon. in summ. 24. quest. 2. Et licet hodie non videatur necessaria talis excommunicationis sententia, cum à iure hæretici sint eo ipso excommunicati, excommunicamus el primero, de hæret. non tamen tollitur præterea, quin possit & ab homine excommunicari, iuxta glossam & Doctores in c. quorundam de Ind. & tradit Gundisal. in tract. de hæret. q. 22. num. 7. Tertio imponitur pœna confiscationis bonorum, de qua sup. Quartò debent etiam hæretici exhumari, vt Ecclesiastica careant sepultura, cap. sacris de sepult. c. quicumque de hæret. in fin. quod verum est, si modo eius ossa poterant ab aliorum fidelium ossibus discerni, alias secus: imò secundum Ant. Gom. in 3. tom. var. resol. c. 1. de delict. n. 79. vers. ex quo primo inferunt, exhumata

mata ossa conerebantur, vel si ossa non haberent cōbūritur effligies, & ita in Hispania practicatur & in Regno Franciæ, vt testatur Clarus §. *heretici in vers. uenit de crimine*, quæ consuetudo ubi viget proculdubio toleranda est, vt per Gundifalu. *d. quest. 22. de heret. num. 5. & Farinac. d. n. 38. ad fin. §. Quinto priuatim heretici manifesti omni debito h. delictis, dominij & obsequij, quo illis quicunque tenebantur stricti, c. fin. de heret. vnde eorum liberi efficiuntur sui iuris, c. 2. §. fin. de heret. in 6. & infra, num. 9. §. Illud autem de excommunicatione probat quam pluribus iuribus D. Ioan. Vela de pen. delict. c. 14. de heret. in vers. iure vero canonico, ex text. in c. sanæ, 24. q. 2. canonica, 11. q. 3. ecce, c. rescandæ, 24. q. 3. c. ad abolendam, c. excommunicamus, de heret. docet Navar. in Man. cap. 21. Rebuff. in pract. benef. ad Bullam in Cena Domini, vers. 1. & late Azueud. in l. 1. n. 134. cum seq. tit. 3. lib. 8. non collect. reg. post Simanc. tit. 27. num. 1. & latius Castr. lib. 2. de iusta heret. puni. cap. 18. vers. hanc penam, ubi probat hoc esse iure diuino conformem, scilicet, quod heretici sint excommunicati.*

7 Sed & quindō vltra supradictas pœnas heretici perpetua notantur infamia c. infames, 6. q. 1. c. aliter, 2. q. 1. probat late Azueud. ubi supra, n. 62. vnde nec iudices esse, nec aduocatos, nec alia offic. publica habere possunt, c. nulla officia, 54. d. Simanc. & Carter. quos refert & sequitur Azueud. ubi supra, n. 65. cum sequentibus. Imo eorum filij vsque ad secundam generationem ad nullum officium publicum, nec ad beneficium Ecclesiasticum admitti possunt, cap. 2. §. heretici, c. statum et primo de heret. lib. 6. & l. 8. huius tituli lib. 8. Quod est limitandum iuxta benignam interpretationem text. in cap. statum et secundo §. hoc sanè, eodem lib. & tit. ex quo apparet non extendi ad descendentes per sexum feminæum nisi ad primum gradum, & filios hereticorum esse infames, quando eorum pater fuit condemnatus & in heresi durauit, secus autem si reconciliatus fuisset Ecclesie.

9 Sexto priuatim heretici manifesti omni debito fidelitatis, dominij, obligationis, & totius obsequij, quo illis tenebantur stricti c. fin. de heret. & eorum liberi efficiuntur sui iuris cap. 2. §. de heret. lib. 6. de quo per Alph. à Castr. de iusta heret. puni. lib. 2. c. 7. col. mibi 1240. cum seq. & c. 8. & non gaudent immunitate Ecclesiarum, vt arg. c. fin. de immu. Eccles. docet Boher. decis. 110. & Simanc. relati & sequit per D. Ioan. Vel. ubi supra, vers. 4. priuatim, ubi allegat pro hoc l. 3. tit. 2. lib. 6. non collect. reg.

10 Septimo puniuntur heretici pœna mortis æternæ, si in sua reprobata opinione decesserint impenitentes, vt probat Azueud. ubi supra, n. 160. cum sequenti.

11 Octauo puniuntur, quia igne corporaliter in hoc seculo combūritur de generali omnium consuetudine, vt late adduximus supra, Clericus namque hereticus pertinax, relapsus, vel impenitens, vltra penam priuationis suarum officiorum & beneficiorum Ecclesiasticorum, vt in c. ad abolendam, c. excommunicamus, 1. pen. de heret. c. 1. & ibi DD. de heret. lib. 6. est communis per Simanc. & alios quos citat Clarus §. heretici, vers. item clericus, de gradandis est, & iudici seculari relinquitur.

12 Quæ quidem degradatio ab vno Episcopo dumtaxat hodie fieri potest ex decreto 4. sess. 13. Conc. Trid. Param. Inquisitor de orig. offic. Sanctæ Inquisitionis, lib. 3. q. 4. n. 37. p. 598. col. 1. c. ad abo-

lendam, c. excommunicamus, 1. c. pen. de heret. c. 1. & ibi DD. de heret. in 6. Et quomodo hæc degradatio fieri debeat agunt late Simanc. tit. 46. n. 69. & 70. Paul. Guil. de heret. quest. 7. Villadieg. eodem tract. q. 19. & alij plures citati à Petr. Cened. in sua collect. iuru Canon. 55. n. 5. pag. 187. & Tyber. Decian. 1. rom. tract. crimin. lib. 5. cap. 20. num. 27. Azueud. in d. l. 1. n. 163. cum seqq. ubi n. 175. cum seq. §. quod laicus hereticus pertinax, vel relapsus, siue impenitens, est tradendus Curie seculari, & contra eum, vel clericum hereticos pertinaces, siue impenitentes, post clerici degradationem proceditur per iudicem secularem ad executionem pœnæ corporalis mortis naturalis igne vitore, l. Arriansi, C. de heret. Castr. de iusta heret. puni. cap. 12. Simanc. tit. 46. num. 42. cum sequentibus.

Fallit in hereticis, quos citò penitent erant, & deponentes errorem ad fidei Catholicæ redeant vitare ab iuramentis omnem heresim, vt in c. ad abolendam, & in c. vergentis de heret. ubi docent Abb. Fel. & alij, Clarus in §. heretici, n. 8. & alios allegans D. Ioan. Vela ubi supra, in vers. aduersus tamen, & Param. de origine Sanctæ Inquisitionis lib. 3. q. 4. num. 29. pag. 596.

Abiurare errores in proposito, est damnare ac detestari errores: qui enim naufragium fecerunt in fide Catholica & ad mentis sanitatem redeunt, non ante recipiendi sunt quam errores abiurent & palinodiam canant, id est, recantent errores & meliore sententia corrigant & contraria erroribus asserant. Quod quidem ab Apostolis ipsis traditum & constitutum est, vt Basilus Episcopus Anciræ in Septima Synodo generali est auctor, relte D. Simanc. tit. 1. de insinuat. catholicis, num. 3.

Fuit sanè olim salubriter insinuitus abiurationis vsus ob continuas frequentesque fraudes impias, vt abiurationis robore adacti, & quasi firmissimo vinculo alligati cogentur in veritate & puritate Ecclesie permanere, nec eis liberum esset impune quoties vellent recedere, vt grauius constituit Leo huius nominis primus epistola 84. vt refert Contad. Brunus lib. 3. de heret. cap. 6. Est enim abiuratio res antiquissima in Dei Ecclesia, de qua fit mentio in prima Nicæna Synodo. d. cap. 8. & eiusdem abiurationis fit mentio in Concil. Ephes. sub Celest. I. celebrato, & in Concil. Laodic. cap. 7. & probat late Gratia. in cap. saluberrimum & cap. donatum, 1. quest. 7. refert Addition. ad pract. Bern. Diaz in pract. crim. 114. lit. E. vers. aut abiurauerit eam, & Simanc. ubi supra, num. seqq. bene probat, §. quod ad hoc vt hereticorum conuersio simulata non videatur, quatuor ab eis exiguntur primum vt errores detestentur: alterum vt fidem Catholicam veram, sicuti est, confiteantur: tertium vt promittant & iuramento consistant se nunquam à recta fide recessuros: quantum vt hæc omnia libello ab eisdem subscripto comprehendantur. Præterea hereticus, qui abiurat errores, iurare debet etiam se nunquam ad eos esse rediturum, quemadmodum omnibus abiurandi formulis constitutum est: indignus est enim, vt eius simplici affirmationi credatur qui ab ea fide, qua se in baptismo obligauerat, impie discessit, vt inquit Simanc. ubi supra, n. 8. §. Libellus abiurantis præterea mitti debet ad eas Ecclesias, quæ scandalum passæ sunt, vt quæ prius doluerant de homine auctore & peruerso, postea gaudeant de reuelo & conuerso: & qui eius sermonibus præceptisque fuerant collapsi, quid tandem habeat fides vera cognoscat

19 vt docet Simanc. ubi supra, num. 111. §. ubi num. 12. quod omnes hæreses abiurare debet qui ad Ecclesiam Catholicam redit, etiam si in vna tantum incidit, pro antiqua consuetudine indutum est, & omnibus abiurandi formulis planissimè continetur. §. Addit præterea num. 13. quod abiurandi sunt errores nominatim, nec fat est vt generaliter abiretur, vt ibi bene probatur.

21 §. Et n. 14 quod parè, perspicue, & simpliciter abiurandum est.

22 In summa abiuratio solennis hæresum est detestatio cum assertione catholice veritatis, & obligatione, iuramento & pœna munita permanendi in fide Christiana, ita colligitur ex cap. ego Berengarius de consecratione dist. 2. c. ad abolendam, §. illos quoque de heret. & c. super eo, & c. accusatus, de heret. lib. 6. & in c. inter sollicitudines, de purgatione canonica.

23 Illud autem animaduertendum quoque est, quod non solum hereticus, sed & etiam, qui in suspicionem heresis venerit, abiurare debet errores de quibus suspectus est. Plurimum tamen refert vitum quispiam propter vehementem suspicionem hæresis abiurare errores, an propter leuem. Is enim qui propter vehementem suspicionem abiurat hæreses, & postea inuentus fuerit hereticus, censetur quidam iuris fictione relapsus, & confessum iudici seculari relinquitur est. Qui vero ob leuem suspicionem abiurat, quamuis postea hereticus esse reperiat, grauius quidem puniri debet, non tamen relapsus esse censetur c. accusatus de heret. lib. 6. ita aduersus alios obseruat Simanc. ubi supra, num. 19. & 20. cum sequentibus, & Don Ioan. Vela de pen. delict. cap. 14. vers. relapsi, & Canterà in suis questionibus crimin. cap. 1. de heret. apost. & c. num. 56. cum sequenti, Rojas de heret. singul. 1. n. 26. Emeric. in 3. part. direct. tit. de form. ferend. sent. seu iniung. pen. num. 165. & ibi Franciscus Peña comment. 40. instruct. Hispal. ann. 1500. fol. 14. pag. 2. Inquisitor Param. de orig. Sanctæ Inquisitionis lib. 3. quest. 9. n. 154. pag. 825. col. 1. & iterum lib. 3. q. 4. n. 10. pag. 594. col. 1. ubi quod si suspicio duxit originem à publico actu, publicè abiuratio fieri debet, sin minus si secreto, secreto fit secundum Summ. Tabien. & alios quos ibi refert. Aditque, quod post abiurationem debet reus commoneri ne vitetis incidat in aliquam heresim, quia sine misericordia pœna relapsi debita punietur, & vt relapsus brachio seculari tradetur vltimo supplicio ferendus, cap. accusatus, §. cum vero de heret. in 6. Et num. 21. cum sequentibus, agit quando quis dicatur violentè, vel leuiter suspectus de heresi.

25 Ex superioribus intelligendum venit quod alias generaliter dixit Bernard. Diaz d. can. 114. nempe Clericum tradendum esse Curie seculari si labatur in heresim post abiurationem, scilicet, hoc verum esse quando abiurauit de vehementer, secus si de leui tantum: nam tunc quamuis reincidat in heresim, siue abiuratum siue aliam, non putatur relapsus, nec relapsorum pœnis plectendus est, vt late ibi probat Ignar. Salzed. eius addit. lit. E. vers. quod vero autor. fol. mibi 381. col. 1.

26 Abiuratio autem errorum olim in Conciliis Generalibus & Prouincialibus fiebat, hodie vero fat est vt coram clero & populo errores abiurentur, sed semper id publicè fieri debet, etiam ab eo qui impubes doli capax in errores incidit, cap. si quis Episcopus, 1. quest. 7. cap. ad abolendam, de heret. cap. inter sollicitudines, de purgatio-

ne canonica, ita Simanc. ubi supra, num. 23. qui postea num. 24. inquit, quod publicè abiurare non debent pueri intra pupillarem ætatem, neque hi qui occultas hæreses sponte confessi sunt. Neque propter leuem suspicionem publicè iurari solet, sed priuatim in foro, siue auditorio Inquisitorum, iuxta instr. 1. Hispal. cap. 5. & 3. Valliol. cap. 12. de qua re late per Param. ubi supra, lib. 3. quest. 4. num. 15. cum seqq.

Qui autem errores abiurare non vult, ad arbitrium Episcopi & Inquisitorum is vt pertinax & impenitens iudici seculari relinquitur est, vt ibi quoque tenet & probat Simanc. ubi supra, num. 25. qui tandem num. 27. refert formulas abiurandi, necnon de Param. d. pag. 594. n. 20. vers. rursus, ex text. in d. ego Berengarius, & ex aliis auctoribus.

Quod si hereses alicuius plenè probata sit, & ille puro corde errore confiteri noluert, paratus heresim abiurare & iniunctam penitentiam subire, tanquam pertinax & impenitens iudici seculari relinquitur est, quamuis milles protestatur se fuisse & esse Catholicum, & in fide Christiana viuere ac mori velle, Rota decis. 375. Bernard. de Bisignet. tit. de heret. & probat late plures allegans Simanc. de instr. Cathol. tit. 48. num. 25. 26. & 27. ex quo receptam esse refert Iulius Clarus in §. heretici, vers. c. nota, ubi etiam refert Rebuff. in practi benef. fol. 469. num. 20. & seq. idem tenentem, & dicentem se ita vidisse seruari contra quandam aliotum hereticum. Inquit tamen Iul. Clar. ubi supra, quod hæc sententia semper sibi visa fuit rigorosa, & remittit tamen se determinationi S. Matris Ecclesie: sed nihilominus sub eadem correctione S. Matris Ecclesie mihi prior sententia verior videtur, & tenenda, tum ex adductis per Simanc. ubi supra, tum etiam, quia decreta est in prima instruct. Hispal. cap. 14. quam citat Simanc. ubi supra, secundum Velam ubi supra, d. c. 14. pag. 66. in princ.

De purgatione autem canonica, quibus casibus & quomodo fiat, & de ordine in ea seruando agunt late DD. in locis ordinariis, & præ ceteris Simanc. de instr. Cathol. tit. 56. per totum, Param. d. lib. 5. q. 4. n. 2. cum seqq. pag. 591.

S V M M A R I V M.

- Beneficia Clerici heretici an ipso iure vacant, vel requiratur sententia priuationis? & numerus seqq.
- Sententia declaratoria heresis requiritur, & idem in alijs criminibus.
- Clericus hereticus rediens ad fidem ante sententiam recuperat beneficium, secus autem si post sententiam reuertatur, nisi ex dispensatione concurrentibus hijs, de quibus hic.
- Clericus hereticus post crimen commissum non potest renouare beneficium.
- Hereticus non facit fructus suos officij, vel beneficij.
- Collatio beneficij facta heretico est ipso iure nulla.
- Confessarius sollicitans famulas in confessione sacramentali est puniendus ab Inquisitoribus priuatim.

An

An beneficia Clerici heretici vacent ipso iure, vel requiratur sententia priuationis.

QVÆSTIO XLVIII.

1 QVÆRO an beneficia Clerici heretici vacent ipso iure, vel requiratur sententia priuationis? Et in hoc videtur sententiam priuationis requiri, & sic quod clericus hereticus non sit priuatus ipso iure beneficio Ecclesiastico, primo ex textu in cap. de commissis, §. priuandi, de hereticis, in sexto, dum dicit priuandi, &c. Secundo, quia iura, quibus hæc pena statuitur, non apponunt aliqua verba late sententia, vt patet in cap. ad abolendam, & in cap. excommunicamus, §. credentes, de heret. & in terminis ita tenet Alphons. à Caltr. lib. 2. de iust. heret. puni. cap. 9. versio. altera est, cui vehementer assentitur D. Simanc. de instit. cath. tit. 47. num. 72. dicens quod est equior & benignior.

2 Contraria tamen sententia, imo quod clericus hereticus ipso iure sit priuatus beneficiis obtentis, verior, communis, & in praxi tenenda, primo ex textu iuncta glossa in cap. quo iure, §. distentione, secundo ex textu in d. §. priuandi, dum addit statim textus, vel priuatus nuntiandi dignitatibus, ac aliis beneficiis Ecclesiasticis, ita vt dictio vel exponatur id est, vt ibi exponunt ac præterea tenent hanc partem communiter Doctores. Tertio adest pro hac opinione textus in cap. ad abolendam, §. 1. ibi, si omnino beneficio spoliatus, de heret. hæc namque verba executionem inducunt, probantque priuationem ipso iure indui, atque infligi ex his, quæ adducit Anton. de Butt. cap. ultimo, colum. 2. de postul. Hanc opinionem sequitur plures referens Bern. Diaz de Lugo in sua praxi crimin. canonica, c. 113. in nou. impress. num. 2. est communis secundum D. Couar. qui eam sequitur lib. 2. variat. resolut. cap. 8. sub num. 4. ibi, sed & obtentis, &c. sequitur etiam Rebuff. in praxi benef. 3. part. in tit. de mod. amittend. benef. num. 4. & videtur verior Ignatio in addit. ad Bernard. vbi supra, lit. A. quam asserit hodie nouissimo iure confirmatam Bulla Pij V. incip. Cum ex apostolatus, ann. 1566. lata, dum diffiniuit omnia beneficia, cuiuscumque generis fuerint, propter hæreticis crimen à quocumque commissum ordinationi & dispositioni Apostolicæ esse reseruata. Ex hac namque reservatione secundum ipsum aperte supponitur ea beneficia ipso iure vacare, sed meo iudicio hæc Bulla id non probat. Addit Ignatius idem clarius probari eo decreto, de quo meminit Locarus in fine operis iudicia. impress. Romæ ann. 1570. pag. 473. quo cautum asserit quod cum hereticorum beneficia vacent à die commissi criminis, si ea resignentur nullum ius resignataris acquirunt, quia heretici omne ius suum amiserunt, & ideo sunt reseruata ordinationi Apostolicæ, quod dicit referre etiam Franciscus Peña in direct. Inquisit. lib. 3. scholio 155. Vt cumque sit, hæc opinio saltem iure communi est verior, communis, & tenenda.

3 Sententia tamen declaratoria est necess. arg. text. in l. eius qui delatorem, ff. de iure iur. & text. in cap. cum secundum leges de heret. lib. 6. & ita ex aliis probat Ignat. vbi supra, versio. fautor:

& verum credo, quia etiam in penis ipso iure impositis adhuc sententia declaratoria commissi criminis requiritur, vt patet ex Titaequell. plurimos referente in l. si vnquam, verbo reuertatur, num. 400. C. de reuoc. donat. Anton. Gomez qui alios allegat 3. tom. cap. fin. num. 3. Roman. à Valle conf. 18. num. 1. lib. 1.

Clericus tamen hereticus rediens ad fidem ante sententiam recuperat beneficium, secus autem si post sententiam reuertatur, quia tunc illud non recuperat nisi ex dispensatione, vt cum aliis probat Bern. Diaz vbi supra, n. 2. ad fin. Septem tamen requiruntur ad hoc, quod hereticus semel lapsus retinere possit beneficium, quæ congerit Rebuff. vbi supra n. 6. cum segg. & Peña vbi supra. Efectus autem resultantes ex eo quod clericus amittat ipso iure beneficium enumerat Bern. Diaz d. n. 2. nempe, quod non poterit renuntiare post commissum delictum, propterea quod agenti petitorio pro beneficio, quod semel habuit, obstat exceptio quod sit hereticus secund. Abb. post Innoc. in c. inter dilectos, de excess. praxi. & tenet Tyber. Decian. alios allegans 1. tom. tit. crim. lib. 5. c. 44. sub num. 19. & num. 21.

Quinimo hereticus, quamuis officium vel beneficium ipso iure non amitteret, sed adhuc retineret vsque ad condemnationem, non faceret fructus suos, quia est priuatus iure exigendi redditus, quod vt iuri magis consonum probat Alph. à Caltr. lib. 2. de iust. heret. puni. cap. 9. versio. sequitur ibi potest etiam, quem sequitur Salz. in addit. ad Bernard. Diaz vbi supra, lit. A. versio. sicque. Contrarium tamen cum aliis probate videtur Tyber. Decian. vbi supra, d. c. 44. n. 1. fol. 241. ad fin. dum dicit requiri declaratoriam propter fructus medij temporis bonorum hereticorum, quamuis ipso iure confiscentur.

Ex quibus deducitur, collationem beneficij factam heretico esse ipso iure nullam, id quod comprobatur Lambert. de iure part. lib. 2. p. 1. art. 9. nona q. princ. num. 7. & sequitur Sale. in addit. ad Bern. Diaz vbi supra, in versio. sicque. Et de supra dictis post hæc scripta late agit Thom. Sanch. in sum. lib. 2. c. 6. à num. 5. vsque ad numerum 9. qui potest videri quæ obis opus fuerit.

De confessatis solicitantibus feminas pœnitentes ad actus impudicos, & quomodo hoc crimen probetur, & quod eius cognitio pertinet priuatiue ad Inquisitores heretice prauitatis, & quod ipse feminæ sollicitate teneantur id denuntiare Inquisitoribus, & de aliis pluribus in proposito circa intellectum decretorum de hoc loquentium Summotum Pontificum Clem. VIII. & Pauli V. videndi sunt omnino Ludou. à Paramo de offic. & progressu Sanctæ Inquisitionis lib. 3. g. 10. à n. 115. cum pluribus segg. & nouissime Rodr. à Cuña in libro quem scripsit pro Sanctiss. D. N. Papæ Pauli V. statuto nuper emisso in confessatis feminas solicitantes in confessione, &c. per totam.

SVMMARIVM.

- 1 Receptatores hereticorum qua pena puniantur omni iure, & an ignorantia eos excuset numeris segg.
2 Receptor heretici ignorans an teneatur innocentiam suam probare & n. 7. segg.
3 Receptans hereticum bono zelo, vt conuertatur, & non aliis, crimen non committit coram Deo,

Deo, nec poena receptoris punietur, præsertim si de illius emendatione aliquam habeat spem. Et quomodo quoad Ecclesiam hoc probetur? num. 21.

De poena receptorum hereticorum.

In l. 2. tit. 3. lib. 8. nou. collect. reg.

QVÆSTIO XLIX.

1 QVÆRO qua pena puniantur receptatores hereticorum, & an ignorantia eos excuset? Quoad primum l. nostra 2. tit. 3. hoc lib. 8. nou. coll. reg. cauetur que los condenados por la Inquisicion que se an abismado de los Reynos, no bueluan a ellos so pena de muerte, y de perdimiento de bienes, y que las justicias los prendan y execten en ellos las dichas penas, no embargante qualesquier excepciones, reconciliaciones, segundidades, y otros privilegios que tengan so pena de perdimiento, y confiscacion de todos sus bienes, en la qual pena incurran qualesquier otras personas, que a los tales encurrieren, o recepien, o supieren donde estan, y no lo manifestaren a las justicias.

2 Magistratus enim laici requisiti recusantes præstare auxilium vt heretici puniuntur, vt in c. vt off. §. si de heret. in 6. & per Carrer. de heret. c. 2. n. 56. & Menoc. de presump. lib. 5. præf. 8. n. 31. pag. 491. Tiber. Dec. 1. n. 14. m. lib. 5. c. 17. versio. quadrag. fol. 298. col. 4. & iterum fol. 219. n. 21. col. 1. & fol. 252. n. 11. cum pluribus sequentibus, & n. 26. 27. & 33.

3 Iure Ciuili, Pontificio, & Regio diuersa pœnae statuta sunt contra receptatores hereticorum, vt patet ex late adductis per Carr. Reg. in tract. de her. c. si per totum, & per D. Siman. de iust. cath. tit. 15. n. 14. cum segg. xbi refert l. 5. & vlt. tit. 26. p. 7. & pragmaticam Regiam in hac nostra l. 2. inferam. Et de iure Can. c. excommunicamus el 1. §. credentes, & ibi Doctores de heret. & Bern. Diaz in praxi crimin. canonica. c. 125. in noua impressio Paul. Grillan. de heret. g. 9. & Gundif. de Villad. eodem tract. g. 6. Locat in opere iudic. verb. fautores, Zanchin. de heret. c. 3. 4. & 5. & Latius Diderot. Inquit. 2. p. §. credentes, n. 5. & latissime Didac. Perez in l. 3. tit. 4. lib. 8. ordin. ex pag. 121. col. 2. versio. quaritur decimotertio, Sylu. in sum. verb. heretici el 1. n. 10. Francif. Pegn. in p. direct. scholio 56. vsque ad scholium 59. Caltr. lib. 1. de iust. heret. puni. c. 17. Belluga in specul. princ. Rubr. 11. §. visio n. 20. vbi Camil. Borel. in addit. lit. P. Petr. Arag. in 22. g. 1. art. 3. ex pag. 339. ad fi. tex. Tiber. Dec. 1. 10. tit. crim. lib. 5. c. 51. n. 64. cum segg. & n. 79. cum segg. Rojas singul. 172. Et Pius V. Pontifex maximus in suo quodam rescripto & Bulla incip. Si de promendi, quod continetur in Bullario literarum Apostolicæ, fol. 117. grauisimas pœnas statuit contra hereticorum defensores, & vt fautores & receptatores hereticorum non solum indigni efficiantur ad beneficia obtinenda, sed etiam ad iam obtentia. Nouissime plures remissiones refert collectan. iur. Canonici 28. n. 3. ad textum in c. 2. §. heretici, de her. in 6. pag. 427. col. 1. Receptor enim heretici dicitur de heret. aliquando vehementer suspectus, vt per Monach. vbi supra, n. 19.

4 Quoad secundum, an ignorantia receptorum hereticorum eos excuset à prædictis penis, & an teneantur probare ignorantiam, vel innocentiam suam? Et quidem in aliis quibuscumque Præcis Criminalibus,

receptoribus, quam hereticorum notissimum in iure est ignorantiam illos excusare, vt probatum est in consil. 36. n. 26. & 27. quemadmodum & illi iuste excusantur, qui per vim coacti sunt hereticos, aut alios facinorosos recipere l. 1. C. de desert. & occult. lib. 1. & ibi Doctores, l. 5. ff. de incendi. Ruin. & Naufr. Carrer. vbi supra num. 30. & Tiber. Decian. d. cap. §. 1. n. 71. & Masc. n. 11. & 12. in loco statim citando: probat cum aliis Simanc. vbi supra n. 17. hinc fundans idem esse in receptante ignorantem hereticum, quod non faueat in hoc hereticis, nec peccet in Ecclesiam catholicam. Pro qua sententia allego d. l. 5. tit. 26. pag. 7. ibi: Por ende defendemos a todos los omes de nuestro señorio, que ninguno dellos no sea ofendido de recibir a sabiendos en su casa a ningún hereje, &c. & ita etiam tenet in terminis Castr. lib. 1. de iust. heret. pun. lib. 1. c. 16. ibi, recepatores el primero, est que verum. Probabilis namque ignorantia excusat receptorum hereticos, glossa in c. accusatus in verbo non possit, & in c. quicunq. verbo sciant, de heret. in 6. quas refert & sequitur in proposito Camer. vbi supra n. 26. & plures allegans Tiber. Decian. d. lib. 5. c. 51. n. 70. Illi ergo receptatores hereticorum culpam recipiunt, qui hereticos ex industria & certa scientia recipiunt, siue occulte, siue manifeste id faciant. Nec refert an talis receptor pluries, aut semel tantum: vnum aut plures hereticos receperit: & qui sic hereticum occultasset puniendus est vt hereticus.

Receptans namque exulem & malefactorem quemcumque, siue bannitum, siue rebellem futurum, vel hereticum, præsumitur particeps delicti ab eo perpetrati, vt cum aliis probat Mascard. de probat. 2. tom. conclus. 12. g. 1. n. 1. & 2. vbi numeris sequentibus eam conclusionem aliquibus modis limitat.

11 Illud tamen circa præmissa maiorem dubitationem habere videtur an receptor heretici ignorans teneatur suam innocentiam probare: In dubio namque ignorantia præsumitur ne delictum præsumamus l. verius, ff. de probat. l. verius, ff. pro soc. cum similib. & in terminis receptantis generaliter delinquentem, quod requiratur probatio scientiæ contra eum, & quod alias ignorantia præsumatur, & ita particeps delicti non dicatur etiam Bolog. cons. 27. in princip. & sequuntur plurimi, quos refert & etiam sequitur Mascard. vbi supra n. 3. vbi n. 4. quod credatur & stari debeat iuramento receptoris circa ignorantiam delicti à receptatore facti secundum D. Simanc. vbi supra n. 16. & alios, quos congerit ipse Mascard. ibid. d. n. 4. qui n. 5. & 6. hoc temperat, vt non procedat in receptante exulem publicatum: nam istius delicti ita notorie publicati scientia præsumitur, secundum communem sententiam, quam ibi refert & sequitur.

14 Nichilominus tamen Castr. vbi supra in receptor heretici probat contrarium, imo quod receptatores hereticorum debeant ignorantiam suam probare, vt se à culpa immunes ostendant, præsertim si antea fuerant manifeste in heretico lapsi, aut vehementem dederant heretici suspitionem.

15 Rursus Carrer. vbi supra n. 26. in hac eadem specie inquit; ignorantiam probari per iuramentum receptoris ex Bald. in c. 1. §. conuenientius, in §. notabil. de pac. tenen. & Decil. Rotæ 415. & addit. n. 29. quod accusator debet articulare & probare scientiam, aliàs succumbeat, vt plenè per Decianum in c. à nobis de except. & Folin. in cap. si quis Episcopus

Episcopus de haer. & alios, quos refert & sequitur Tib. Decian. ubi supra n. 70. nisi notorium esset quod ille foret haereticus, vel quia per sententiam publice fuisset condemnatus, quia tunc praesumitur scientia, ut ibi per eum.

17 Sed in hoc resoluo priorem sententiam Castri procedere & recipiendam esse quam verifimiliter praesumi possit receptatorem scivisse haereticum, quem occultavit, puta quia publice notum erat, quod ille haereticus erat, vel quia erant amici, vicini, consanguinei, vel quippiam simile, itaque praesumptio erat contra receptatorem, alias secus, ut constat ex eodem Alph. à Castr. ubi supra quomnis per dictionem amplificationis, praesertim. Sed expresse hoc sic esse intelligendum iure probat Simanc. ubi supra n. 18. & 19. & ante eum probavit Carrer. ubi supra n. 27. dum limitat suam contrariam supra relatam sententiam, quod esset famulosus & notorius haereticus, vel pronuntiatus, quia tunc praesumitur scientia & non ignorantia. Non enim diceretur probabilis ignorantia quae excusat, si fuisset notorius, aut pronuntiatus haereticus, bene tamen si occultus; alioqui enim regula notissima iuris est in facto alieno praesumi ignorantiam, ut in d. l. verum cum similit. ff. de prob. & per alia iura & Doctores de quibus per Menoch. infra citandum num. 51. latius per Mascard. rom. 2. de probat. conclus. 879. in princip. fol. mibi 182. etiam in receptatore iuxta glossam & Bart. in l. 1. §. ult. ff. de recept. & dictum est supra, & probat plures allegans loquens tam in specie nostrae quaestiois, quam generaliter in aliis receptatoribus Simanc. ubi supra n. 19. §. dicens non sufficere praesumptionem illam, quae oriri videtur contra receptatorem, eo ipso quod aliquem occultaverit, nempe eo quod qui male agit odit lucem, & se abscondere solet: quia nemo tam perditus est, qui plane fateatur quod se ipsum occultat quod haereticus est, imo fugere solent omnes, qui metu creditorum latitant, vel saltem oblene aliquod crimen. Quam ob causam tutius est, ne dolum & crimen de receptatore praesumamus, sed misericordes simus, & omnia in partem benigniorem interpretemur, & nisi scientia probetur, aut vehementer praesumatur, nos eum receptatorem absolvamur, qui iureiurando confirmaverit se illud ignorasse, ut supra probavimus & sequitur Menoch. l. 6. praef. 13. n. 54. & Masc. d. conc. 1259. n. 3. cum seq. & confirmari possunt praed. limitationes similiter & limitari potest eadem resolutio ex traditis per Menoch. d. praef. 13. n. 66. c. 1. seqq. & Masc. 2. to. concl. 1104. fol. 413. & d. concl. 876. n. 6. cum seqq. fol. 182.

20 Si quis vero haereticum domi suae ex industria recepisset, non ut illum occultaret aut defenderet, nec ut illius haereticus fuisset, sed solum ut illum ab haerese revocaret, & ut ad Catholicam fidem converteret, etiam si pluries illum recepisset, non dicitur receptator haereticorum quoad Deum, nec poena receptatoris puniatur, praesertim si de illius emendatione aliquam habet spem: imo opus verae charitatis efficit, quo vix vllum maius proximo praestari potest. Ecclesiam tamen, quae de interioribus non iudicat, sed de his solum, quae foris parent illum propter talem receptionem merito ponit, nisi bona intentione bonoque sine id fecisse aperto probaret testimonio: quod nullo aliud certum & apertum dari potest, nisi idoneis testibus probaverit se reprehendisse illum ob haereticam quam tuebatur, admonuisseque illum ut haerese deserta ad fidem Catholicam rediret: aut aliis huiusmodi testimoniis probave-

rit se bona intentione haereticum domi suae recepisset secundum Alph. à Castr. d. lib. 1. de iusta haer. puni. c. 17. vers. si quis vero.



SVMMARIVM.

- 1 Filius vel alius consanguineus receptans haereticum an puniatur? & quae poena? num. seqq. Et de vxore maritum haereticum receptante, num. 5.
- 5 Amicitia magna an excuset receptantem haereticum?

De filio, aut alio consanguineo receptante patrem, vel consanguineum.

QVASTIO L.

¶ VERO secundo circa eandem Regiam secundam, an consanguineus, vel filius receptans scienter consanguineum, vel patrem haereticum teneatur poena receptatoris. Hanc quaestionem late ad utramque partem examinat Greg. Lop. in l. 6. gl. 1. tit. 26. par. 7. & cogitandum relinquit nihil decidendis: tamen si velis, quod si forte pater esset pernix in haerese, ita quod filius nihil ad eius correctionem proficeret non debeat cum receptare, imo & tenebitur reuelare: secus si filius verifimiliter speraret de correctione patris, quia tunc durum esset eum receptantem patrem ita dure puniri, sicut si receperat haereticum extraneum. Nihilominus statim dicitur latius cogita supra his.

Verum loquens in consanguineo receptante scienter consanguineum haereticum partem affirmativam procludo probatur Alph. à Castr. lib. 1. de iusta haer. punitione, c. 17. vers. & hoc verum esse censio: quia cum filij puniantur pro delicto patris propter criminis atrocitatem, multo iustius est ut pro delicto proprio puniantur quando parentes suos receptassent. Et sic idem probat Castr. in filijs receptantibus patres haereticos. Et quod consanguinitas non excuset à reprobationis haereticis crimine tenet gloss. in c. excommunicamus, §. credentes, verbo receptatores de haer. c. legi 23. q. 8. c. si infidelis 28. q. 1. Gonzal. de haer. 9. 13. & Grilland. de haer. 9. 9. n. 2. Carrer. de haer. c. si. num. 32. ubi quod nec inueterata amicitia excusat. Eandem sententiam cum Gurfald. q. 16. in fi. sequitur Tiber. Dec. in 1. rom. tract. criminis. lib. 5. c. 20. n. 32. sic limitans l. 2. ff. de recept. propter atrocitatem criminis, & D. Spin. in suo speculo testam. parte sine gloss. 12. n. 22. ubi quod puniuntur gravissima poena receptantes consanguineum, filium, vel maritum, patrem haereticum aut matrem.

Sed pro contraria parte praestat nobis argumentum d. l. 2. quae est ff. de recep. ubi probatur, quod receptatores aliorum delinquentium affinium vel consanguineorum nec sunt absolvendi, nec severe admodum puniendi: non enim par est eorum delictum & eorum, qui nihil ad se pertinentis latrones recipiunt late Pet. Duén. in reg. 393. ampl. 1. Ant. Gom. lib. 3. var. res. c. 3. de homicid. n. 50. Auend. 3. p. c. 7. preter. n. 7. & optime Gandin. in tract. de furib. & laron. num. 8. cum sequentiis. & de patre, auo & avia & de vxore recepta

receptatoribus agit Bonif. in tr. de rece. n. 4. cum seq. & Auend. ubi supra n. 10. & de supradictis Roland à Vall. conf. 45. n. 46. cum seq. vol. 1. Carrer. in reper. prax. crim. in addit. ad verbum receptare, ubi ampliat in magna amicitia, & utrumque late probat Dic. Perez in l. 1. tit. 16. lib. 8. ordin. pag. 323. col. 2. & pag. sequenti.

4 Quare in specie nostrae quaestiois videtur tenendum ut filius patrem haereticum, vxor virum, aut frater fratrem scienter receptans poena quidem ordinaria aliorum extraneorum receptatorum non puniantur, sed infortiori arbitrio Dominorum Inquisitorum. Negari enim non potest minus in hoc consanguineo delinquere quam extraneos receptatores; credendi enim sunt illi receptare consanguineos tanquam consanguineos, non autem tanquam haereticos: nam ut ait Cicero in Laelium, cum propinquis amicitiam natura ipsa peperit, ac causa naturalis potentior est, ac proinde semper illa consideranda & praerenda est, & in terminis quod praedictae personae non sint, vel certe leuissima poena coercendis, & consanguinei ceteri non severe admodum puniendi iure probat D. Simanc. tit. 15. n. 21. & Tiber. Decian. 1. rom. tract. crimin. lib. 5. c. 51. n. 68. fo. 254. co. 1. ubi quod etiam non liceat consanguineum & affinem haereticum receptare, ut per gloss. & omnes in c. excommunicamus el. primo §. credentes, de haer. probatur in c. si quis Episcopus, §. cap. seq. eodem tit. nulla enim cognatio praerenda est religioni c. leg. 23. q. 8. c. si infidelis, 28. q. 1. cum his tamen indulgentum etiam naturae & humanitatis, & praecipue in coniunctis arctissimo vinculo, ut si filius patrem, vel e contra, frater fratrem & e contra, iudeo arbitrio iudicis, hoc est, Dominorum Inquisitorum (ut praediximus) erunt puniendi etiam si occultaverint, ut in d. l. ultim. ff. de recep. Multa enim eorum arbitrio relinquantur, ut de probat. & de poen. in his debent aequitate servare, ut cum aliis probat Tiber. Decian. d. lib. 5. c. 24. n. 28. §. Quinimo secundum eundem Decian. d. c. 51. n. 69. vxor receptans maritum non punitur, quia hodie non fit separatim matrimonij ex aliquo delicto, ut in cap. 2. & in ca. gaudemus de divort. & tradunt Alexand. & alij quos ibi refert. Amicitia autem, etiam maxima, & inueterata, non excusat receptantem haereticum, sicut nec receptantem bannitum, ut per Salic. in l. nullus, C. de malef. Ananias Afflicti. & Carrer. quos refert & sequitur Dec. d. c. 51. n. 74. ubi putat minuendam poenam prout ex consanguinitate minuendam dixerat de hospite & caupone ibi per ipsum num. 73.



SVMMARIVM.

- 1 Puniri an iuste quis possit pro alterius culpa? & num. sequent.
- 2 Filij haereticorum credentium receptatorum, & fautorum vsque ad secundam generationem sunt incapaces beneficiorum Ecclesiasticorum & officiorum publicorum dicto n. 1.
- 3 Filij haereticorum nati ante haerese patris an puniuntur poenis, quibus puniuntur postea nati, & num. sequent.

Praxis Criminalis.

An iuste quis pro alterius culpa possit puniri.

In l. 3. & 4. tit. 3. lib. 8.

QVASTIO LI.

¶ VERO lege 3. & 4. huius tit. 3. l. 8. cauerit, que los reconciliados por el delito de heregia, y apostasia, ni los hijos y nietos de quemados y condenados por el dicho delito hasta la segunda generacion, y hasta la primera por linea feminina no puedan tener oficios Reales ni publicos, ni de honra como son los ofresados en estas dos leyes, sin especial licencia y mandado de su Magestad, so las penas en que caen e incurren las personas privadas, que usan de oficios para que no tienen habilidad ni capacidad, y de confiscacion de todos sus bienes para la Camara, y fisco de su Magestad, en que incurran por el mismo hecho sin otro proceso ni sentencia ni declaracion alguna. Idem prope caueatur, imo & ad benef. Eccles. extenditur in c. 2. §. haereticus, de haer. lib. 6. ubi ita disponitur.

Haeretici autem credentes receptatores, & fautores eorum, ipsorumque filij vique ad secundam generationem ad nullum Ecclesiasticum beneficium seu officium publicum admittantur, quod si secus factum fuerit decernimus irritum & inane. Et in c. v. commissi, §. priuandi, & in c. statum el. segundo eodem tit. lib. 6. declaratur 1. & 2. gradum per paternam lineam comprehendere, per maternam vero ad primum duntaxat hoc velle extendi: de quo late per D. Simanc. de cath. instr. tit. 29. num. 15. & Canter. c. 1. de haer. apostat. &c. n. 11. & 12. pag. 371. cum sequentiis, & Rojas de haer. 2. p. affert. 42. n. 336. cum seq. Et de his causis hodie Inquisitores mandato Regio cognoscere, & arbitrio suo statuere possunt secundum Simanc. tit. 29. num. 13. ad fi. Rationem autem, quare puniantur filij ob crimen parentum, assignat Par. ram. de orig. & prog. off. Sancta inquis. lib. 3. de accusat. q. 9. n. 162. cum seqq. pag. 826. & per Ceu. in sua praet. q. commun. contra commun. q. 653. num. 3. fol. 230.

An iuste quis pro alterius culpa possit puniri, & an filij nati ante haerese patris his poenis puniantur?

De primo late egimus lib. 2. can. qq. c. ult. in pri. & per plures n. seqq. & post nos regulam negativam commanem cum pluribus ampliationibus, declarationibus, & limitationibus ponit, & latissime profertur Prosp. Farin. in sum. qq. crim. l. p. cap. 24. per totum.

Quoad secundum, an filij nati ante haerese patris puniantur poenis iuris, de quibus in hac nostra l. Regia, quibus puniuntur filij nati post crimen haerese à patre commissum, sunt in hoc duae communes contrariae & magis receptae sententiae, sic appellatae à Doctoribus. Prima quidem negativa, altera vero affirmativa, & utraque quamplurimis rationibus & fundamentis, ac numero authorum munita & comprobata, ut constat à nobis traditis & congestis d. l. 2. can. qq. d. c. 30. n. 30. cum seq. per totum vsque in fi. ubi n. 37. cum seq. affirmativam ut vtiorem, receptiorem, atque vti & consuetudine in praxi receptam sequuti sumus atque probavimus, respondentes fundamentis contrariae partis. §. Sed quia postea

in publicum prodierunt moderatorum scripta, qui verbosè & prolixè fati negatiuam priorem opinionem late probare nituntur...

In primis adducunt præfati moderniores pro parte negatiua auctoritatem D. Augustini super Deut. quæst. 42. tom. 4. suorum operum interpretantis cap. 42. ubi dicitur, non mortientur patres pro filiis, inquit: Quod est ergo quid alibi dicitur, Deus reddens peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem?...

Hæc sunt, que pro ista parte nouissime post nostra scripta inuenio aucta. Nihilominus tamen in filiis natis ante crimen hæresis a patre commissum quidquid sit in crimine læsæ Mai. humane, & in aliis criminibus, in quibus pro filiis antea natis & sentio & teneo, præter hæresim, verior, communior & receptor, atque in praxi obseruata est opinio contraria affirmatiua, quam defendimus & probauimus ubi sup. vt constat ex eius fundamentis & authoribus in specie hæresis loquentibus, & ab eis & negatiuam tenentibus relatis, tex. ineuitabili sua expressa dici. qua præcise comprehenduntur filii antea nati, in c. filij de her. in 6. ubi filij eorum, in articulo mortis hæresim commiserunt, penas canonicas patiuntur, igitur de iam natis nulli potest esse dubium, cum post mortem quis generare non possit, & tex. qui eadem inductione constat in c. statutu in c. filij de her. in 6. ubi dicitur, ubi quod filij hæreticorum, qui tales esse vel tales etiam decessisse probantur, incurrunt præd. penas. Quibus plerique ex authoribus tenentibus partem negatiuam non respondent, vel quia ad ea non aduertunt, vel quia questionem ex præfesso non examinant, sed summarie aut ex transitu difficultatem non penetrantes eam opinionem indigeste & crude pro arbitrio & captu proprio sequuntur. Cateri vero (& hi quidem pauci) sentientes contradictionem vrgentem, quam sibi faciunt præd. iura, nituntur eis aliquibus modis respondere, non obstant suæ opinionis verumtamen eorum responsiones recuera nihil valent, quia potius sunt subterfugia & euasiones, quam

Estia misma opinion siquen tambien Henriquez lib. 14. sua Summa moralis, cap. 5. n. 4. & Flamin. Parif. lib. 3. de refig. ben. c. 1. n. 85. in fi. & Alph. à Cartagena in quodam consincip. Rex Vngaria. q. 7. Quint. Mand. in tr. de sta. min. c. 2. n. 22. Bald. in l. curialis. in prin. C. de Decu. lib. 10. & Iacob. Rebu. in l. priuile. in fi. C. eod. tit. & Alph. Mont. in l. 6. in prin. tit. 27. p. 2. & Tirac. de prim. q. 23. n. 10. Sunt itaque 79. auctores pro hac parte secundum præ-

fatum aduocatum Polo, ubi quoad vsum & obseruantiam contrariam refert sententiam latam in fauorem dictorum nobilium Zamor. pro quibus consuluit Nau. ubi sup. los quales por sentencias del Consejo de las Ordenes, aguien zino remitido de Mala, y ellos por orden de su Magest. ad lo sentenciaron, fueron declarados por habiles y capaces de tener habito como oy dia lo tienen, no embargante que su madre auia sida hereje, declarada por tal, y auer estruato del Orden, que hyos de penitencidos no pueden tener habito: ita aduocatus Polo ubi sup. fol. 234. col. 2. ad fi. Eandem sententiam negatiuam probauit Eman. Rodr. in sua Sum. c. 127. n. 5. adonde dice, que conforme a ella se ha jugado en muchos tribunales de los Reynos: & eam esse adnotandam inquisi. D. lo. de Vela de pan. delist. n. 21. vers. 2. Tandem nouissime art. hunc late examinat in vtramq. partem eandem duas communes contrarias sententias adducens perdoctus Ceual. aduocatus Tolet. in suo spec. p. 4. q. 99. comm. opin. contra communes. q. 53. per totam. pag. 249. cum seq. ubi nos & alios quampures auctores citat: & tandem hanc eandem sententiam negatiuam late comprobat, amplèctitur & sequitur, dicens esse verissimam de iure communi & semper magis communem & receptam, & de iure regio indubitabile per l. 9. tit. 22. p. 4. & l. 6. tit. 27. p. 2. & l. 5. tit. 31. p. 7. Et addit præfatus author n. 29. & 30. quod hæc opinio est iuxta iure Canonico, Ciuili & Regio, & ex authoritatibus Sacrae pagine, & quod hic factus esset index qui ab hac opinione recederet, & quod tanquam ipsa veritas est tenenda & sequenda in palatiis & in scholis, tam in aduocando quam in consulendo. Et in filiis questionibus inquit, hanc opinionem esse veriore & receptiore, & quod nuper pro ea in supremo Regis Consilio fuit iudicatum. Non tamen author hic tangit difficultatem huius opinionis, quam patitur ex iuribus sexti libri decretalis, de quibus infra statim agemus.

Hæc sunt, que pro ista parte nouissime post nostra scripta inuenio aucta.

Nihilominus tamen in filiis natis ante crimen hæresis a patre commissum quidquid sit in crimine læsæ Mai. humane, & in aliis criminibus, in quibus pro filiis antea natis & sentio & teneo, præter hæresim, verior, communior & receptor, atque in praxi obseruata est opinio contraria affirmatiua, quam defendimus & probauimus ubi sup. vt constat ex eius fundamentis & authoribus in specie hæresis loquentibus, & ab eis & negatiuam tenentibus relatis, tex. ineuitabili sua expressa dici. qua præcise comprehenduntur filii antea nati, in c. filij de her. in 6. ubi filij eorum, in articulo mortis hæresim commiserunt, penas canonicas patiuntur, igitur de iam natis nulli potest esse dubium, cum post mortem quis generare non possit, & tex. qui eadem inductione constat in c. statutu in c. filij de her. in 6. ubi dicitur, ubi quod filij hæreticorum, qui tales esse vel tales etiam decessisse probantur, incurrunt præd. penas. Quibus plerique ex authoribus tenentibus partem negatiuam non respondent, vel quia ad ea non aduertunt, vel quia questionem ex præfesso non examinant, sed summarie aut ex transitu difficultatem non penetrantes eam opinionem indigeste & crude pro arbitrio & captu proprio sequuntur. Cateri vero (& hi quidem pauci) sentientes contradictionem vrgentem, quam sibi faciunt præd. iura, nituntur eis aliquibus modis respondere, non obstant suæ opinionis verumtamen eorum responsiones recuera nihil valent, quia potius sunt subterfugia & euasiones, quam

quam satisfactiones, que animum vnus cuiusque vel mediocriter sapientis quietum aut securum reddant, quin potius semper in mala fide consistant suam opinionem. Superant namque iura illa & euacuant vires contrariae partis, quæ nisi eadem iura extarent profecto erant maximæ, & inuincibiles: veterum eis extantibus cetera contraria profus concurrent, quia ubi est tam expressa & ineuitabilis iuris Pontificij decisio non licet aliis argumentari. Et quod insufficientes sint prædictæ responsiones quatenus ad assignatas per D. Simanc. ubi supra, qui melius cæteris rem agitauit, constar euidenter à nobis in terminis dictis dicto cap. 30. num. 41. cum sequentibus.

Pongamos pues à las respuestas de Nauarro ubi supra verifico nono, fol. 83. adonde dice, que no prouea nada in proposito el dicho capitulo filij. Por que lo primero no habla de fama ni infamia de hijos. Lo segundo, que no habla mas de hijos, que de estranos herederos, legatarios, y otros sucesores. Lo tercero, que no habla de sola heresia cometida al tiempo de la muerte. Lo quarto, que habla de la heresia infamada, o sospechosa antes de la hora de la muerte. Lo quinto, que no habla mas de hijos que de otros herederos, parientes, o estranos ex testamento, o ab intestato. Lo sexto, que por otros muchos respectos, fuera de la infamia de que tratamos, conuene a los hijos, y así a los otros dandos y amagos defender la innocencia del muerto, pudiendose hazer iustamente, y que así no se deve decir, que aquel texto prouea manifestamente lo contrario, antes de se deve afirmar, que ni aun obseruamente lo prouea: y que por algo desto Villadiego, que tuuo la parte afirmatiua, no dixò que este texto probaua la parte contraria, sino solamente que hazia algo por ella, y que si el aduierera a todo lo susodicho dixera que no hazia nada, aunque Contrarietas diga que este texto manifiesto para ello. Hæc sunt verba & responsiones Nauarræ ubi supra.

Mas estas soluciones no excluyen la fuerza del texto. Porque en quanto à la primera (que es decir, que no habla de fama ni infamia de los hijos) respondo, que aunque es verdad que allí solo se trata de si los hijos, o herederos de aquellos, que in articulo mortis pidieron que los consolassen los heredes por imposición de las manos, si se admiten o no aprovar su innocencia, por decir que estauan entonces fuera de su iurysio, o sin habla, pero el texto decide en esto, que no sean admitidos a prouar esta, si los tales defuntos quando viuian estauan infamados o sospechosos de heresia, o si legitimamente constare que estauan en su sano y bueno entendimiento, pidieron la dicha consolacion de herejes, que mas verdaderamente es desolacion. Y así hasta esto postero, que es estar en su iurysio quando pidieron lo susodicho, aunque antes no estuuiesen infamados ni fuesen sospechosos de heresia: pues lo vno o lo otro alternatiuamente se requiere, y no entraban cosas juntamente, para que sus hijos herederos no se admitan a prouar su innocencia, como consta por la diction, aut legitime constiterit, &c. que es alternatiua, como es notorio de derecho y lo prouea y tiene Oñan. Vulp. de aduerb. & præb. in dictione aut, pagin. 12. in principio, y así se reputan, y han de tener por herejes y credentes, como consta de aquel texto, que está situado en el titulo de ellos. Luego si son herejes los defuntos por solo pedir en su iurysio, in articulo mortis, aquella diabolica consolacion o imposicion de las manos de los heredes, bien siguen las penas Praxis Criminalis.

canonicas à los hijos de los tales antes nacidos: y así tuuo mucha razon el señor Obispo Contrarietas en decir que era manifesto aquel texto por esta parte afirmatiua, y a mi parecer no tiene respuesta.

La segunda respuesta de Nauarro al mismo texto (que es decir, que no habla mas de hijos, que de estranos herederos, legatarios, y otros sucesores) digo que es de ningun momento, porque basta hablar de hijos para nuestro intento, como habla de ellos: y que habla de estranos herederos, legatarios, y sucesores, no quita la fuerza de lo primero, porque estos tambien habla para en razon de si han de llevar la herencia, y mandas, o no.

La tercera (que es decir, que no habla de sola heresia cometida al tiempo de la muerte) digo que si habla, como se dixò en la respuesta à la primera solacion, pues loquiere textualmente à la alternativa, y no copulatiuamente: pater ex dictione aut, &c.

La quarta se responde lo mismo.

La quinta est à satisfeccho bastantemente, por lo respondido a la tercera que es la misma.

La sexta, que basta para lo que tratamos que el prouar la innocencia conuenga à los hijos, aunque conuenga à los estranos tambien para otros muchos respectos fuera de la infamia: y no por esto dexan de ser infames los hijos de los que in articulo mortis son y mueren herejes, aunque antes no estuuiesen infamados, ni fuesen sospechosos de heresia. Así que ninguna cosa concluyente responde en efecto Nauarro à aquel texto, como se ve euidentemente por qualquiera que estuuieren libre de aficion de su porocer. Y lo estoy desto (si no me engañan) porque no he escrito como Abogado, ni aconsejando, sino en lectura ordinaria, sin tener el caso in facti contingentia.

Responde tambien Nauarro al texto in c. statu cum, hoc sane, de her. lib. 6. que no concluye nada, porque solamente dice, que los hijos de los que mueren herejes sin conuertiirse son infames, pero no específica de los que nacieron antes o despues de la heresia, ni aun añade diction vniuersal, todos. Y no se sigue de las dichas palabras, que tambien los hijos que nacieron antes de la heresia son infames: sino solamente los que nacieron despues de la heresia: porque aunque hable generalmente aquel texto de los hijos del que muere hereje, se ha de limitar por otras leyes, &c.

Sed hæc responsio excluditur penitus ex littera illius textus, quatenus loquitur de filiis hæreticorū alternatiuè, nempe, qui tales esse vel tales etiã decessisse probentur; quamuis enim verba illa priora, qui tales esse, &c. possent admittere interpretationem & limitationem Nauarræ: ceterum sequentia, ibi, vel tales etiã decessisse probentur, nullo modo absque violentia eam admittunt, siquidem eo casu filij necessario nati esse debent ante hæresim. Nec obstat si dicatur, posse tunc etiam esse filios natos ante hæresim inceptam & post eam incurram, que multo tempore durauit ante condemnationem & declarationem ipsius: quia et si in hac specie procedere possent responsio & interpretat Nauar. alteram quoque speciem expresse comprehendit decisio illius textus, in qua minime locum habere nec verificari potest eadem responsio & limitatio, nempe, cum hæresis incipit & consummata fuit in articulo mortis tantum, ita vt hæreticus decessisse probetur, tunc namque clarum est filios eius relictos fuisse antea natos, & de his loqui dictus s. hoc sane. Quod patet ex verbis prædictis ipsius ibi, vel tales etiã decessisse probentur, ad differentiam

eorum qui in vita hæresim incurrerunt, de quibus prius textus loquutus fuit. Loquitur igitur siue in vita, siue in morte quis hæresim incurrit dummodo talis decesserit.

Nunc agamus de aliis responsionibus eidem textui assignatis per aduocatum præfatum Laur. Polo in sua prima supra citata allegatione iuris in fauorem prædicti B. Petr. Ponce de Leon, fol. 37. ad fin. & fol. sequ. Primo namque inquit textum hunc habere duas partes: in prima confirmat Bonifac. VIII. Pontifex dispositum ab Innocent. & Alexand. IV. suis prædecessoribus, declarans inhabiles & incapaces officiorum & beneficiorum publicorum hæreticorum filios. Et hoc est planum, quod solum comprehendat postea natos, nisi si quidem solum possunt probari filij hæreticorum, vt prius latè probauerat idem author. Secunda pars textus, quæ incipit ibi hoc sanè, minime agit de penis filiorum, sed potius tota ea venit ad temperandum positas contra eos quampluribus modificationibus & exceptionibus, quibus dicit quod filij iam comprehensi sub regula primæ partis, qui erant antea nati, euitant prædictas penas si patres eorum Catholici decesserunt. Et similiter quod exclusio officiorum & beneficiorum publicorum, quæ habet la secunda generatione, debeat extendi vique ad primam in linea materna: & quod ex hac benignitate & fauore nullo modo pena inferri potest contra iam natos, vt ibi latius prosequitur.

Sed hæc responsio minime tollit difficultatem ex modo prædicto contra secundam responsionem Nau. Tum præterea, quia verus & literalis sensus primæ partis illius textus est, quod Summus Pont. Bonif. VIII. ibi referens statutum felicis recordationis Innoc. & Alexandri, prædecessorum suorum, ne videlicet hæretici, credentes, receptatores, defensores & fautores eorum, ipsorumque filij vique ad secundam generationem ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur, quod si secus factum fuerit sit irritum & inane, declarat primum & secundum gradum per paternam lineam comprehendere, per matrem vero ad primum dumtaxat vult hoc extendi. Itaque hæc est propriè declaratio, vt patet ex se, & constat ex eodem textu ibi declarari. At in secunda parte eiusdem textus ibi, hoc sanè, similiter hoc declarat idem Pontifex Bonifacius intelligendum esse de filiis & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum huiusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur (in quibus verbis consistit tota vis nostre sententiæ) non autem illorum, quos emendatos esse contulerit & reincorporatos Ecclesiæ vnitati, &c.

Quamuis igitur prima pars illius textus egerat simpliciter de filiis hæreticorum, & sic dato quod non comprehenderet iam natos, in secunda vero parte hoc ampliat & intelligendum esse videtur (inquit Summus Pontifex, vt videmus in littera) de filiis & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum huiusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur. Et sic loquitur non solum de illis, qui probantur esse hæreticos, & sic quando probatum fuit in vita eos tales esse, sed etiam qui probantur tales scilicet hæreticos decessisse. Quamuis ergo prædicta secunda pars textus benignitatem, fauorem, & moderationem primæ contineat, nihilominus continet etiam intellectum ampliationis filiorum & nepotum hæreticorum, non solum eorum qui probantur esse hæreticos, sed etiam tales decessisse proban-

tur. Cessat igitur omnino & euacuatur præfata prima responsio, seu potius euasio aduocati D. Petr. Ponce, & remanet textus ibi in suo robore pro nostra sententiæ & magis communi affirmatiua.

Secunda responsio eiusdem aduocati, quæ est D. Simanc. de instr. Cath. c. 29, n. 23, etiam cessat & conuincitur ex his, quæ in terminis adduximus dicta lib. 2. canon. q. de i. c. 30, n. 41. cum sequi. Nec obstat si quis dixerit, illud quod Pontifex dicit in dicto §. hoc sanè ibi, vel tales etiam decessisse probantur, ea ratione requiri, vt planè conset illos nec emendatos fuisset, nec Ecclesiæ vnitati restitutos, non autem vt filij ante illorum hæresim nati contra omnem iuris rationem penis à iure statutis comprehendantur. Quomiam hoc procedere posset, si non præcederent in textum verba illa, qui tales esse, scilicet, probantur, prout præcedunt: verum illis statibus, sequentiæ, scilicet, vel tales etiam decessisse probantur, includunt non solum casum, quo probatur & conuincitur hæresis actualis in vita alienius, sed etiam quando probatur aliquem hæreticum decessisse, & sic post mortem eius hoc constat & probatur, prout in casu & specie cap. filij, de hæres. eodem lib. 6. vbi sufficit, quod qui in articulo mortis sanæ mentis hæreticorum consolationem, seu potius desolationem per manus impositionem petierit, ad hoc vt eius filij vel hæredes innocentiam eius probare non possint post mortem: ergo fuit hæreticus, ac proinde eius filij incurunt penas à iure statutas, & eius hæredes atque successores extranei sunt incapaces bonorum ipsius. Facit igitur non solum aliud, sed etiam multum, imò est apertus pro ea vt censuit Villadieg. de b. ver. quest. 23. quidquid eos, scilicet, Couar. & Villadieg. mirentur. Nauar. & Polo vbi supra nientes nihil facere, sed reuera eam probant vt vidimus.

Non obest etiam quod ipsi dicunt, nullam textum esse expressum, quo decidatur filios ante hæresim natos incurere in penas iuris, cum tamen sint plures probantes contrarium: Quia respondemus satis expressum dici, quod salua ratione recti sermonis aliud significare non potest.

Sic postquam scripseram contenta in dicto meo c. 30. can. question. dum essem in Curia Regia Matriti mandato Regis, dictus D. Ponce de Leon eiusque præfatus aduocatus me consuluerunt super dicta questione, vt meum quoque proferrem iudicium in fauorem dicti D. Petr. pro parte negativa, quam in meis scriptis improbaueram quamuis nondum in lucem editis: quia tunc illis super successione Comitatus de Baiem pendebat in gradu reuisionis, & mihi offenderunt præfatas duas iuris allegationes aduocati Laurent. Polo desiderantis summe eidem Domino P. fauere, cuius lacrymis mouebat ac compatiabar suæ calamitatis innoxie. Et nihilominus respondi eam partem benignam, fauorabilem, atque æquissimam esse, nec non iure probandam, nisi adessent iura præcæpta dicti r. n. de hæres. in 6. quibus si mihi congruæ responsiones darentur libenter illis assentirem, sed quod tunc data non placebant: & tandem nullæ alia potuerunt inueniri, siueque nolui subscribere prædictis iuris allegationibus.

Postea paucis diebus labentibus sententiæ definitiua in gradu reuisionis prolata fuit per prope omnes Dominos de Consilio supremo Regali in prædicta causa iuxta præfatam non statam sententiæ affirmatiuam & magis communem, decimo

decimo die Ianuarij, ann. 1594. quæ est posita ad fin. prædicti libelli, qua pronuntiantur & declarantur remedijs I. Tauri & Iuarum declarationum intantum per dictum D. Petrum Ponce de Leon locum habere & præceperunt vt eidem daretur teneta & possessio bonorum, super quibus fuit is illa, con que el dicho D. Pedro Ponce de Leon no se intitule ni llame Conde de Baylen, ni use ni exerca la jurisdiccion de la dicha villa por su persona, sin orden y licencia de su Magestad. Ecce enim quomodo nuper D. P. Ponce natus ante hæresim patris (de quo non fuit dubium) per Consilium supremum fuit priuatus dignitate & officio publico Comitatus & iurisdictionis per supra à nobis fundata: quo fit vt secus atque à prædicto Ceual. refertur, pronuntiatum fuit in Consilio Regio supremo. Accipimus tamen postea, Regiam Maiestatem illi ex gratia & priuilegio concessisse præfatum titulum Comitatus, & iurisdictionem.

Post hæc scripta multis annis elapsis articulum hunc latè examinant Thom. Sanch. in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 27. per totum, & Fr. Ludou. de Mirand. in suo inapuali Prolat. tom. 2. quest. 1. art. 2. pag. 6. qui in contraria sunt sententiæ in fauorem filiorum hæreticorum, qui ante hæresim patris nati sunt. Et nituntur respondere prædictis iuribus contrariis, non tamen concludentes: quia prædicti textus indistinctè & generaliter loquuntur, & ideo teno contra eos, vt supra in crimine hæresis.

SUMMARIVM.

1 Filij hæreticorum an ad sacros ordines promoveri possint? & numeris seqq. distinguitur. Et num. 5. quid filijs & nepotibus eorum, qui crimen læsæ Maiestatis humana commiserunt?

An filij hæreticorum ad sacros ordines promoveri possint?

QUESTIO LII.

VERO secundo circa easdem leges 3. & 4. tit. 2. lib. 8. non collect. reg. an filij hæreticorum ad sacros ordines promoveri possint? Quod indubium videtur cum hoc non sit iure prohibitum, ergo censetur permissum: & quia sumus in odiosis & penalibus in quibus benignior est interpretatio faciendâ iuxta communes & vulgatas regulas.

Nihilominus contrarium verius censet & probat D. Simanc. de instr. Catholic. tit. 29. num. 14. & in tercia instructione Hispanen. cap. 11. approbatum, & sequitur Ignat. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz de Log. in prælat. crim. canonica, c. 23. in nouis numer. 22. pag. 77. in versic. dubitari etiam: quia filij hæreticorum non admittuntur ad Ecclesiastica benef. & publica officia consequenda, vt in nostris legibus, & in cap. 1. §. hæretici, & in cap. statutum el. secundo de hæres. lib. 6. sed ordines sacri ad maxima Ecclesiastica officia ministranda instituti sunt: ergo & hi censentur filijs hæreticorum prohibiti. Denique, quia filij hæreticorum infamia notantur, & aliis inferioribus ho-

notibus priuantur, vt in cap. clerici, 21. distinctione & cap. felicitus, §. nulli, de pen. 6. late D. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 8. num. 2. in principio, & ceteri omnes: ergo ad sacros ordines promoveri non debent.

Benigna tamen interpretatione inductum est, vt illi tantum hæreticorum filij ab honoribus & publicis muneribus repellantur, quorum parentes Ecclesiæ vnitati non fuerunt restituti & reincorporati. Et vsque ad secundum per lineam masculinam, per lineam vero femininam vique ad primum gradum dicta infamiae nota tantum extenditur, vt in dicto cap. statutum el. secundo, §. hoc sanè, de hæres. lib. 6. & in his nostris legibus Regijs.

Cuius discriminis ratio ea potissima esse potest: quia deterior est infectio viri quam feminæ, maiori enim bono malus malum opponitur, vt docet Aristot. lib. 8. Ethic. sed præstantior est mas quam femina, & primæ cause efficiunt propinquior: quidquid enim femininum est censetur esse imperfectum, vt quod patitur magis quam agat.

Potest etiam altera ratio differentie assignari, nempe quod sicut nobilitas, dignitas, & familie honores descendunt in posteros à sexu virili, sic ex contrario maiorem iacturam ex paterno crimine iustissimum est quod soboles patiar: ita Simanc. vbi supra, numer. 15. & Salced. etiam dicto num. 22. prope fin. Sed quare magis ad secundum gradum per lineam masculinam, ad primum vero per femininam, & non ad vterque gradus hæc infamia extendatur? Potest dici sic legislatorum beneplacitum visum fuisse ob bonum Reipublicæ, & ne præterea Catholici ultra præmissos gradus inquietarentur.

Sed an idem seruandum sit in descendentibus ab illis, qui crimen læsæ Maiestatis humana commiserunt? dubium facit, quia istas leges nec probat, nec laudat Dionysius Halicarnal. lib. 8. de antiq. Rom. eaque quodammodo ab eius Reipublica relegauit Plato lib. 9. de legib. vt refert D. Couar. d. lib. 2. var. resol. c. 8. n. 2.

Nihilominus tamen decisionem nostrarum legum in filiis & nepotibus hæreticorum loquentium, ad nepotes ob crimen læsæ Maiestatis humana committum à patribus, vt nepotes eorum quoque afficiantur infamia & officiorum publicorum indignitate, extendant, iuxta communem sententiam Cyn. Alber. num. 4. & Salic. num. 3. in legisquis, C. ad l. Iul. Maiestatis, aduersus Bart. in l. patri, ff. de adul. & Philip. in d. c. statutum el. secundo & Dec. consil. 64. col. 1. Licet dicta l. quisquis §. 1. & l. 2. tit. 2. par. 7. de filiis tantum meminerint, vbi Gregor. Lopez in glossa magna, verbo sus hyor. col. 2. versic. sed an intelligatur, fatetur eam esse communem sententiam.

Sed quidquid sit de iure communi, ipse Greg. Lop. de iure Regio ad hæretic. verbis dictæ l. 2. quæ tantum loquitur de filiis, & non exditur eius dispositionem ad nepotes, neque ad vterque: quia in materia odiosa verbum filiorum non extenditur ad nepotes, & aliis rationibus de quibus ibi per eum. Et sic proficetur quod dispositionem dicti cap. statutum secundo, de hæres. in 6. loquentis in crimine hæresis, & nostrarum legum non extenderet in hoc ad crimen læsæ Maiestatis temporalis. Quod verius & tenendum videtur attenda dispositione dictæ leg. 2. Regiæ, quæ si aliud voluisset id expressisset, sicut exprimitur nostra leges Regiæ loquentes in crimine hæresis, & dictum c. statutum el. secundo.

7 Quare in specie nostre questionis principalis cenſeo, filios Catholicos hæreticorum vſque ad ſecundam generationem per lineam masculinam, & vſque ad primam per feminam eſſe infames, ac proinde ad beneficia Ecceſiaſtica & officia publica Regia & ad Sacros ordines, nec ad aliquod prædictorum eſſe admittendos; vteriores vero poſſe admitti. Quod ita declaravit ſacra Congregat. illuſtriſſimorum Cardinalium Rom. qui Conc. Trident. interpretationibus præſunt, die 12. Junij anni 1592. ad Episcopum Pacenſem, adentes hoc. *Quin etiam filij, vel nepotes eſſent eorum, qui licet hæretici fuerint, conſtat tamen emendatos eſſe & vnitati corporique Ecceſiæ reſtitutos, nimirum, quod ſuſceperint pro admitta culpa ad mandatum Ecceſiæ poenitentiam, quã aut perfeceerunt, aut ei perfeccenda inſiſtunt, vel certe quoad eam perfeccendam parati ſunt iuxta conſtitutionem Bonifacij VIII. quæ incipit, *Statutum*, &c. nempe poſſe eos admitti, niſi ubi Apſtolico aliquo priuilegio, aut confirmatione contrarium cautum fuerit.*

8 Filios vero illius, qui crimen læſe Maieſtatis humane admisit, cenſeo non eſſe admittendos ad prædicta vſque ad primam tantum lineam & generationem indiſtincte, iuxta præcedentem reſolutionem.



S V M M A R I V M

1 Filij hæreticorum, &c. an priuentur beneficiis iam obtentis? & numeris ſequentibus. Et quid de nobilitate ſanguinis, vel antiquo priuilegio parentum? n. 8.

An filij hæreticorum, &c. priuentur beneficiis iam obtentis?

Q V A E S T I O L I I I.

1 VERO etiam circa eadem leges Regias an filij hæreticorum, receptatorum, & cæterorum contentorum in prædicta prohibitione priuentur beneficiis iam obtentis, necne?

2 In qua quaſtione bonas remiſſiones refert Petr. Zened. in ſua colleclan. 28. num. 3. ſuper 6. lib. Decret. ſed nihil decidit. Eam tamen latè in vtramque partem examinat D. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 8. num. 8. verſiculo, cæterum quod filij hæreticorum.

3 Et quod obtentis priuentur etiam ipſo iure probantur Ioan. Andr. in cap. v. commiſſi. colom. 2. Dominic. ibi in §. priuandi, de heret. in 6. Henrichi in cap. vergentis, colom. 4. & ibi Anania colom. 2. de heret. Imol. in inſulam in principio, ſſolut. matrimonio. Præpoſit. in cap. ſatis peruerſum, 56. diſtinctione, Ioan. Lup. in tractat. de iuſta obtent. reg. Natur. 5. p. 5. 8. vbi fatetur hanc opinionem magis communem eſſe, & ſimiliter proſtetur Iul. Clar. in §. læſis, verſe. item clericus, ex relatione Couar. licet eam non prober: ſequitur tamen eamdem Pelæz de maiorat. 1. p. quaſt. 1. num. 66. & Tibert. Decian. 1. tom. tractat. crim. lib. 5. cap. 45. ſub numer. 4. Et probatur hæc ſententia argumento textus in cap. falciſ, §. quod ſi quis, de pen. in 6. ex quo patet filios percutientis Sanctæ Romanæ

Ecceſiæ Cardinales ipſo iure priuari beneficiis, quæ tempore commiſſi criminis obtinebant: & tamen crimen illud multo minus ac leuius eſt eſt quàm crimen hæreſis.

Nihilominus tamen contraria opinio verior eſt & tenenda imò quod filij hæreticorum nec ipſo iure, nec per ſententiam priuentur beneficiis Ecceſiaſticis, quæ tempore commiſſi criminis iam obtinebant. Licet enim ob præſentem culpam inhabiles efficiantur ad Ecceſiaſtica beneficia obtinenda, non tamen bonis propriis priuantur, & ideo poterunt retinere beneficia obtenta, præſertim quia nullo iure contrarium probatur: quare cum hoc ſit penale non debet extendi, ſed potius reſtringi, regula odia, de reg. iur. in 6. & qui inhabilis fit ad beneficia, regulariter obtentis non priuatur iuxta gloſſam in Clement. 1. §. ipſius de pen. & ibi Zabarel. Imol. & Bonif. Vital. numer. 54. §. Sicut etiam videmus, filios ob crimen læſe Maieſtatis commiſſum à parentibus non priuari beneficiis obtentis eo tempore, quo pater læcelus perpetrari iuxta gloſſam in cap. ſatis peruerſum, 56. diſtinctione, quam ſequitur Roman. ſingul. 689. dicens idem eſſe ſic fit crimen læſe Maieſtatis ſecularis, ſic Ecceſiaſtica. Quamvis hoc gloſſe testimonium commodè adduci pro hac opinione non valeat, quippe quæ expreſſum loquatur in crimine læſe Maieſtatis ſecularis & vtatur ea ratione: quia Princeps ſecularis non poteſt propriis legibus Clericos punire, eorſe priuare Ecceſiaſticis dignitatibus, vt in propoſito pendunt Imol. Henrich. Abb. & Hippolyt. quos refert & ſequitur D. Couar. d. verſe. hæc vero gloſſa. Sed nihilominus noſtra verior opinio in ſpecie noſtra quaſtioni adueſus primam partem tenenda eſt per præd. quam in terminis probant Anton. de Buttr. & Panormit. in cap. vergentis, de heretis, Gundiaſalu. à Villadieg. de heret. quaſtione 23. num. 2. & Repertorium Inquiſit. verbo filij. Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 8. num. 4. verſiculo, contrariam ſententiam, D. Simanc. de inſtitutione Catholic. tit. 29. num. 20. D. Jac. Pez. in l. 1. tit. 7. lib. 8. ord. in pag. 197. col. 1. in principio: & hæc ſequitur Decian. ſibi contrarius vbi ſup. dicto numero. 4. verſiculo, ſimit. 7. Iulius Clarius in §. hæreſis, verſiculo, item clericus, vbi quod hæc opinio mitior atque benignior eſt, & ſalced. in addit. ad Bernard. Diaz in prædic. crim. cap. 114. in nouis, littera A. verſiculo quinquimo: qui duo vltimi referunt Simanc. dicto tit. 29. num. 7. dicere pia & benigna interpretatione receptum eſſe, quod neque per ſententiam priuentur, & ſalced. addit. Simanc. am ſuſtinerent ita pronuntiarum fuiſſe per Inquiſitores Valliſoletanos, neutrum tamen apud Simanc. inuenio dicto num. 7. nec 10. quo loci eum pro hac parte citauimus. Eandem ſententiam verior ſequitur alios allegans aduocatus Polo in ſua prima iuris allegatione, pro D. Petro Ponced. Leon. fol. 47. col. 2. & fol. 97. col. 1. & ante eum Hoxeda de benef. incompatib. cap. 23. num. 100 & ſequitur alios allegans Inquiſitor Param. de origin. & progreſſ. offic. Sanctæ Inquiſitionis lib. 3. de acenſ. in cauſ. ſid. quaſt. 9. num. 203. cum ſequentibus, pag. 83. cum ſequentibus: & eam latè iure probat & multo probabiliorem affirmat Thom. Sanch. in ſua Summa lib. 2. cap. 28. numer. 26. & præcipue num. 28.

Sic etiam licet filij hæreticorum admitti non debeant ad novos honores & dignitates, non tamen priuantur habitis, aut his ad quas ſibi ius quaſtitum eſt ex diſpoſitione aſcendentium, qui ante crimen patris deceſſerint, vt latè probat D. Brunel.

D. Brunel. Conſiliarius Regij Italiæ in ſua allegatione iuris impreſſa in fauorem D. Petri Ponced. de Leon. ann. 1594. fol. 98. verſiculo, hæc autem præſuppoſito, cum ſequentibus, & aduocatus Polo vbi ſupra.

7 Nec obſtat textus in dicto cap. falciſ, §. quod ſi quis, de pen. in 6. pro contraria parte expenſus: quia non ſequitur, maiora & grauiora crimina eſſe vindicanda maioribus, aut ſaltem eisdem poenis quibus minora: ſæpe enim Reſpublica minora crimina variis ex cauſis maioribus poenis inſequitur ob euitandam delinquentium audaciam, vt reſponder Couar. vbi ſupra. In poenis itaque non licet arguere de minori ad maius, ſed ea pro vnoquoque delicti imponenda eſt, quæ in ſpecie inuenitur iure impoſita, aduocatus Polo alios allegans vbi ſupra, fol. 50. col. 1. verſe. lo ſecondo, & Brunel. latè ibi fol. 60. col. 2.

8 Ex qua opinione veriori tenenda inferitur, filios hæreticorum minime priuari nobilitate ſanguinis, vel antiquo parentum priuilegio, ad eos deriuata, vel deriuato. Licet enim minoribus beneficiis habeantur indigni, & paterna infamia notentur, omnibusque honoribus priuentur, ac proinde in eis locum habeat diſpoſitio noſtratum legum & iuris Canonici: nihilominus ea, quæ non à patre, ſed à maioribus proueniunt, non auferuntur à nepotibus & aliis deſcendentibus propter patrum ſuorum crimina I. quiſquis, §. 1. C. ad legem Iul. Mai. l. 3. §. de interd. & reſeg. & illic Bart. Ioann. Lup. de regn. Nauat. p. 5. §. 6. cum ſequentibus, Dec. conſil. 318. Iguenſ. in l. 3. §. fin. & in l. vltim. ſſ. ad Sylan. ita probat Otalor. in 4. p. de nobil. cap. vltim. & Simanc. dicto tit. 29. num. 18. vbi quod hæc ſententia eſt verior, & quod hoc iure vitium, quia non inueniuntur aliqua lege nobilitate iſta priuari, nec leges penales extendende ſunt, ſed reſtringenda.



S V M M A R I V M

1 Filij Catholicos hæreticorum an priuentur ſucceſſione aut vocatione ſuorum maiorum? & numeris ſequentibus per totam quaſtione. Et procul dubio non priuantur, quando pater nunquam ſucceſſus in illo iure, vt in n. 12.

3 Maioratus dicitur dignitas.

7 Quilibet vocatus ad maioratum habet ſuam propriam vocationem & ſubſtitutionem. Et primo vocatus debet preferri poſtea vocatis. Quod præcedit etiam in primogenio in teſtamento inſtituto, vt in num. 8. & à foriori in iure acquiſito per contractum: quia illud non abſoluitur lex quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt. nec lex Regia, vt in n. 9.

10 Iura primogenitura ex contractu oriuntur ex iure gentium, atque illa nemini auferantur.

11 Filij emancipati non priuantur bonis à patre eis donatis, ante quam crimen læſe Maieſtatis committeret.

13 Filius quando non agit de ſuccedendo patri, ſed pro vel agnato tranſverſali, delictum patris nullo modo præiudicat filio quoad ſendi ſucceſſionem.

14 Praxis huius quaſtioni in cauſa Comitatus de Baylen referitur ſententia lata in Conſilio ſupremo Regali.

15 Iuriſdictio & dignitas Ducatus, Comitatus, &c. obtineri non poſſunt per infames, & ſic per filios hæreticorum.

An filij hæreticorum Catholicos priuentur ſucceſſione, aut vocatione bonorum ſuorum maiorum.

Q V A E S T I O L I V.

1 VERO circa prædicta an filij catholici hæreticorum priuentur ſucceſſione defendenda, vel delata ex fideicommiſſo, vel maioratu ab ayo, proauo, vel aliis maioribus relicto, vinculo vel maioratu bonorum inſtituto cum vocatione deſcendentium, collateralium, & aliorum conſanguineorum ſuorum? Et in hoc partem affirmatiuam, nepe quod filij hæreticorum non ſolum priuentur ſucceſſione paterna, ſed etiam aita, imò & agnatorum & cognatorum, tenentur Cyn. in l. quiſquis, §. filij, C. ad legem Iul. Maieſt. Ancar. in cap. ſtatutum el ſegundo num. 2. de heret. in 6. Zanchin. de heret. cap. 28. num. 2. Angel. in l. C. de hered. inſtit. vbi Corn. num. 1. Henrich. Boi. e. vergentis, col. ſi de heret. Decian. 1. tom. tract. crimin. lib. 5. cap. 45. num. 12. & de filiis & aliis domeſt. hæreticorum Pelæz de maiorat. 2. p. quaſt. 4. in 2. dilatione: & in terminis maioratus inſtituti in teſtamento hanc partem tenet & probat Greg. Lop. in l. 2. tit. 2. par. 7. in gloſſa las mandas, verſiculo, ſi vero talia bona, dicens ſecus eſſe in primogenio inſtituto ex contractu.

Que ſententia in primis probatur ex eo, quod licet argumentari in crimine læſe Maieſtatis humane ad crimen læſe Maieſtatis Diuine cap. cum ſecundum leges de heret. in 6. vbi Doctores; at filij committentium crimen læſe Maieſtatis humane priuantur omni ſucceſſionis commodò d. I. quiſquis, §. filij, cap. ſi quis cum militibus, 6. q. 1. cap. vergentis de heret. in 6. & vtroque omnes: ergo, &c.

Secundo eadem affirmatiua ſententia probari videtur ex noſtra leg. 3. hoc tit. 3. lib. 8. non coll. reg. in qua ſtatuitur, quod Ecceſiæ reconciliati propter hæreſim, necnon & filij nepoteſque per lineam masculinam eorum, qui ob hanc cauſam combuſti ſunt, non poſſunt eſſe Conſiliarij, neque Auditores Cancellariarum, nec pariter habere poſſunt alia officia de quibus in hac l. agitur, ſub poena contra illos comminata, qui cum priuata eſſent perſonæ officia vſurpant: ergo ſunt inhabiles & infames ad honores & dignitates, officia publica & beneficia, iuxta diſpoſitionem textus in c. 2. §. filij, & d. c. ſtatutum el ſegundo.

Tertio, quia maioratus dicitur dignitas, vt ſcribunt poſt alios D. Couar. lib. 3. variar. reſol. cap. 5. num. 5. verſiculo ſexto, & lib. 1. cap. 15. num. 14. prope fin. & alij plures, quos refert licet eos non ſequatur Molin. lib. 1. de Hiſpan. primog. cap. 13. num. 1. & Burg. de Paz in 1. p. quaſtione civil. quaſt. 3. n. 1. & ad dignitatem non admittuntur hæreticorum filij ob infamiam, quæ à dignitatibus excludit, e. infamibus, de reg. iur.

Hæc & alia adduci poſſunt pro hac parte, præcipue ſi maioratus haberet vaſſallos cum iuriſdictione, vel etiam titulum dignitatis, Ducatus, Comitatus, vel Marchionatus & ſimil. etiam in conſequentiam & coherentiam tertiorij, per iura ſupra allegata.

Sed nihilominus in ſpecie quaſtioni noſtræ in principio propoſitæ, ſemota iuriſdictione & tit. dignitatis prædictæ, ſed ſtando in terminis maioratus

maioratus antiqui non habentis aliquam dignitatem annexam verior est contraria sententia: tum ex dictis in calce quaestionis praecedentis, nempe quod ea, quae non à patre sed à maioribus proveniunt, non auferuntur à nepotibus & aliis descendentibus propter partum suorum crimina l. quisquis. §. 1. C. ad legem Jul. Maiest. l. 3. ff. de interd. & re leg. cum similit. Tum etiam ex l. iura liberorum de iure patronat. & leorum. ff. ad legem Jul. Maiest. non obstantibus responsonibus eisdem assignatis ne probent hanc sententiam à quibusdam aduocatis tententibus priorem, à quibus eadem iura ut hanc secundam fortissime probent defendit Brunel. *ubi sup. fol. 90.*

Sed & tertio eadem sententia negatiua potissimum ex eo probatur, quod filiis haereticorum ob parentum suorum crimina non auferuntur ea, quae proveniunt ab antiquis ascendentibus maioribus, ut in praedictis iuribus. Cum enim haec successio vere & proprie proveniat, atque pendat ex dispositione & fundatione primi institutoris, eo ipso quod primogenitus nascitur statim eidem cum iure primogeniturae spes quaedam certa atque incommutabilis, ac ius succedendi in habitu ad maioratus successionem suo loco & tempore acquiritur, ut opinatur Oldrad. *consil. 224. num. 27. cum sequentibus.* Alber. in *proem. ff. de res. d.icipulis. n. 22.* & Paul. de Castr. *consil. 164. col. 4. num. 4. in ultimis verbis, lib. 2.* Abb. *consil. 85. num. 2. lib. 2.* & ante eos Barr. à quo ipsi acceptant. *consil. 59. num. 3. lib. 1.* Decius *consil. 498. n. 19. Paril. consil. 72. num. 4. lib. 4.* Socin. *lun. consil. 108. num. 3. lib. 2.* Alciat. *respons. 585. num. 7.* cum aliis, quorum meminit D. Molin. *lib. 1. de primog. Hispan. cap. 1. num. 17. & lib. 3. cap. 6. num. 37.* & Brunel. *ubi supra fol. 93. & 94. col. 1.* ubi etiam quod patris vocatus sub conditione ea pendente dicitur ius quaeritum, ut ibi late probat: sequitur etiam ibi aduocatus Polo *fol. 43. col. 2.* ubi alios allegat. Quod ius etiam alio possidente formatum & considerabile nulla lex de crimine laesae Maiestatis loquens filio auferre voluit, nec debuit, quia ius illud provenit non ex dispositione legis ut aliae successiones haereditariae, sed ex fundatione testatoris, ut in terminis considerat Anton. Gomez in l. 40. Tauri num. 91. *versic. 3. non obstat.* Molin. *lib. 4. de Hispan. primog. cap. 1. n. 52.* & cum consistat in bonis, ac rebus à maioribus ultra patrem & avum provenientibus, non vero consistat in hononibus, beneficiis Ecclesiasticis, nec officiis publicis, merito ut illis priuari non debeant praedicti filij haereticorum. Quod & voluit Angel. in dicta l. quisquis. col. 1. ad fin. verbo, proximum, quatenus inquit illud, quod ibi dicitur filios committentium crimen laesae Maiestatis priuari successione proximorum, accipi debere ex testamento, quasi sentiat omnem aliam successionem, quae ex antiqua successione proveniat, prohibita non esse, ut clarius advertit Boher. *decis. 6. num. 7. dum dicit, dictam l. quisquis priuantem filios successione intelligi de post adueniente; non vero de successione ante crimen commissum delata. Et in terminis dictae legis quisquis expresse id decrevit Anton. Contius in eius repetitione, *versiculo, omnium proximorum pag. 45.* dicens quod filij eius, qui crimen laesae Maiestatis committunt, non amittunt successionem eorum bonorum, in quibus iam ante partis reatum fuerat spes eis quaestita ex fideicommissio, necnon & Menoch. *consil. 99. num. 218. cum sequentibus lib. 1.* post Corta in l. filiam. ff. de Senat. quod & sentit dicta lib. 2. ibi: Ni puecan heredar a pariente que*

ayan, ni a otro extraño que les estableciste por herederos, ni puecan aver las mandas que les fueren hechas, dum loquuntur in successione haereditariae & obtentione legatorum post crimen delatis. Extendendum igitur hoc non est ad antea competentia, prout in terminis probant latissime plures alios auctores allegantes aduocatus Polo in sua prima iuris allegatione pro D. P. Ponce de Leon impressa ann. 1594. *fol. 44. per totum cum sequentibus,* & D. Brunel. in alia sua iuris allegatione pro eodem ibidem coniuncta, *fol. 88. colum. 2. cum sequentibus,* & *fol. 90. col. 1.* ubi dicit indubitatum, & *fol. 91. per totum,* & *fol. 92. col. 1.* ubi ad futuritatem, & optime D. Molin. *ubi supra dicto lib. 4. cap. 1. n. 50. cum sequentibus,* & comprobatur latè Prosper. Farin. *lib. 1. quest. crimin. quest. 25. n. 76. & 77.* & ante eos D. Simanc. de *instit. Catholico. tit. 29. num. 19.*

Quae sententia verissima, communis & tenenda comprobatur, quia tot censentur institutiones & vocaciones ad maioratum, quot sunt personae, & sic quilibet habet suam propriam vocacionem & substitutionem, & primus vocatus debet praefertri postea vocatis, ut tenet Paul. Castrensis. *dicto consil. 164. num. 6. in versiculo, rem non obstat.* Abb. *dicto consil. 58. num. 5. & 6.* alij plures à nobis relati *consil. 1. 3. numer. 9.* ergo vnus del. cum alteri prauidicare non potest, ut scribit in specie Bald. in *cap. num. 3. ff. de vassal. feud. priuileg. & in cap. 1. de vassal. qui contra consilij. Loivar. & c. sequitur Curt. in *tract. feud. p. 5. versic. limitate,* ubi alios refert Thom. Marin. in *tract. feud. titulo de feud. ex pacto & proind. antiq. num. 90. & 91.* Socin. *Sen. consil. 38. num. 3. lib. 4.* Ruy. *consil. 149. num. 14. lib. 1. & consil. 117. num. 19. lib. 3.* Gozad. *consil. 84. num. 19. & consil. 117. num. 19. lib. 3.* Zal. de feud. sub Rubrica de amissione feud. n. 102. & optime in proposito Paul. de Castr. *consil. 111. num. 3. lib. 1.* ubi quod quando prima inuestitura fuit facta expresse pro se & liberis & descendentibus, tunc quilibet ex magis ultimis descendentibus censetur potius habere ab auo, seu primo institutore quam à patre suo immediato, qui non fuit primo institutus, & ideo delictum patris, à quo nec habet nec habere censetur, non nocet sibi, nec potest vel debet esse causa auferendi à filio quod ab eo non habet, sed ab alio, ubique citat ad hoc Cyn. & alios idem Paul. in l. adoptiuum. §. parvorum. num. 4. ff. de ius. voc. & ibi Fulgos. num. 6. Ancaz. in c. 1. num. 5. in principio de nar. ex lib. venter. Bald. in l. 1. num. 56. & 7. C. de bou. lib. & in lege duodecim tabularum, num. 2. C. de legu. hered. Abb. *consil. 13. questione 7. lib. 2.* Platea in l. paterne. num. 1. *versic. & hoc faciunt,* C. de Decur. lib. 10. Molin. in *consuet. Paris. l. p. 5. 10. n. 133.* Ioan. Igneus in lege fin. num. 3. ff. ad Syllan. dicens quod tunc filius non succedit tanquam ipse, id est patris sui haeres, ex substitutione aui, & proauit, sed tanquam quilibet alius habens acquirendi potestatem, ut in famili inquit Consultus in lege si pater famul. ff. de adopt. & probant late cum supradictis & alijs aduocatus Polus, & Brunel. *ubi supra.* Quae omnia eorumque rationes idem concludunt ac militat in filiis Catholicis haereticorum, & sic in crimine laesae Maiestatis Diuinae, prout in terminis vnico verbo significat Calder. *consil. 3. titulo de haer. dum alleuetat,* opinio-nem pro filiis ante haerem natis maxime procedere in his, quae à patre non proveniunt, sed sunt omnino extrinseca, id quod probant etiam communiter Doctores supra citati.*

Et superiora procedunt etiam in primogenio & ex testamento instituto, ut aduersus Greg. Lopez

ubi

ubi supra, fundat & probat & tenet D. Molin. *dicto lib. 4. cap. 1. num. 51. cum sequentibus,* & latius cum eo increpans Gregor. Lopez *ubi supra,* contrarium tenentem D. Bruñol *ubi supra,* *fol. 95. col. 1. versiculo, nec obstat auctoritas Greg. Lopez & fol. 96.*

Sed à fortiori procedunt in iure acquisito per contractum, quod nullo modo sustulit l. quisquis *dicto lib. 2. tit. 2. partita 7.* ut resoluit in specie Greg. Lopez ibi in glossa *las mandas. col. penult. in fin. ibi, peruenit uti ex titulo donationis inter vivos,* & sequuntur D. Molin. *ubi supra dicto n. 51. cum sequentibus,* & Bruñol etiam *ubi supra,* & hoc idem probat latissime iure & auctoritate quamplurimum Doctorem aduocatus Polo *ubi supra,* *fol. 46. colum. 1. versio, qua omnia. col. 1. & 2.* & Menoch. ibidem in sua iuris allegatione, *fol. 74. col. 1. vers. 4. suffragatur.*

Iura namque provenientia ex contractu oriuntur ex iure gentium, atque ideo nemini auferuntur, ut tradit Bart. in l. *quidam serui* per textum ibi, *ff. de pen. & leges penales de testamentis loquentes ad contractum non extenduntur,* teste Bald. in l. *testamentum* ibidem, num. 5. *de testamentis.*

Hinc est, ut filij emancipati non priuentur bonis eis donatis à patre antequam crimen laesae Maiestatis committeret l. si quis posthac, §. 1. C. de bon. proscript. notat glossa in dicta l. quisquis, §. emancipationes, verbo, non valeant, & ibi Cyn. num. 1. *versic. septimo nota,* & num. 5. *versic. praeter ea, Salicet & Faber. ante fin.* ergo à fortiori non debent priuari donatiuibus sibi factis à maioribus, & in quibus habebant ius quaeritum & formatum, antequam eorum pater crimen committeret.

Similiter permaximè & proculdubio superiora procedunt, si pater crimen committens nunquam successisset in illo iure, fideicommissio, vel maioratu, & sic eius filius non agit de succedendo patris, quia ipse nunquam successisset, sed auo, vel alij transferralij agnato ut in terminis in filio nato ante crimen laesae Maiestatis patris probauit Matth. de Afflic. *cap. 1. versic. in gloss. 3. num. 16. que sit prima caus. benef. amit. in vltimis feud. & late plures albertus aduocatus Polo ubi supra, fol. 47. versic. 7. estus dotrimas,* & Bruñol ibi, *fol. 65. colum. 2. versiculo praedict. & iterum fol. 92. col. 1. ad fin. & col. sequentibus.*

Et generaliter quod quando filius non agit de succedendo patris sed auo, vel agnato transferralij, quod delictum patris nullo modo praeridicet filio, quoad fendi successionem tradit Bart. in l. 3. num. 2. *versiculo, si non esset quaesitum, ff. de interd. & re leg. Corral. in l. emancipatum, §. si quis patrem, num. 4. in fin. ff. de Senat. Petr. Costal. in eadem l. emancipatum ad fin. Zafius de feudis, 10. p. num. 40. versiculo quoad delicta vel offensas, Jacob. de Sancto Georgio in inuestis. feud. verbo diciturque vassalli, num. 60. Lanzelot. Galiaul. in lege Gallus, §. & quid si tantum, num. 6. ff. de lib. & posthum. & alij plures, quos refert Petr. Duch. in regula 346. numer. 5. Andr. Gail. lib. 2. de pace publica, cap. 13. num. 2. 5.*

Et ita praedicta & alia plura adducta per praedictos consulentes in suis iuris allegationibus pro D. Petro Ponce de Leon super causa successione maioratus & Comitatus de Bailein, in Consilio supremo Castellae iam pridem fuit pronuntiata in fauorem D. Pet. Ponce de Leon sibi per contractum transactionis provenientis à maioribus suis, ac delatae post mortem patris sui, qui ob crimen haereticum fuit combustus, cum ipse fi-

lius ante fuisset natus, dempta dignitate Comitatus eiusque iurisdictione. Hi namque tanquam dignitatibus fuit priuatus propter infamiam ex regula iuris vulgari, ut patet ex tenore ipsius sententiae, quae est impressa post dictas iuris allegationes: *Por la qual se mandò, que al dicho don Pedro Ponce de Leon se fuesse dada la tenuta, y posesion de los bienes sobre que auia sido el pleyo, con que el dicho don Pedro Ponce de Leon no se intuisse, ni llame Conde de Baylen, ni ose ni exerca la iurisdiccion de la dicha villa por su persona, sin licencia y orden de su Magestad. T fue dada esta sentencia definitiva por los Señores de Consejo Real en Madrid à 10. dias del mes de Enero de 1594. años, y està la original en el oficio del Secretario de Ioan Gallo de Andraada.*

Quamuis igitur iurisdictione & dignitas Ducatus, Comitatus, vel Marchionatus & simil. in consequentiam successione bonorum quibus coherent videbantur transire in infamem, ut late iure comprobatur cum Bald. in l. 1. num. 1. C. de secund. nupt. & alijs D. Molin. *lib. 1. de Hisp. in primog. cap. 13. num. 13. cum sequentibus,* & Bruñol *ubi supra fol. 98. cum sequentibus:* nihilominus verius est ac proinde tenendum, iurisdictionem nec praedictam dignitatem principaliter incidenter, nec in consequentiam posse obtineri per infames, & sic per filios haereticorum, ut tenet & probat Gregor. Lopez in dicta l. 2. tit. 2. partita 7. in glossa *las mandas que le fueren hechas, versiculo & pro resolutione.* & denique eam sequi videtur idem Molin. *dicto lib. 4. cap. 1. num. 54. & expresse D. dae. Perez in l. 1. tit. 7. lib. 8. ordin. pag. 199. in fin.* ubi in terminis tenet, quod filij proditori non venient ad istam, scilicet, iurisdictionem & dignitatem Ducatus, Marchionatus, Comitatus, vel huiusmodi, sed ille qui fuerit pronepos, & sic post secundam generationem per lineam virilem, vel collateralis in defectum descendendum ad maioratum vocatorum.

His sic rectè constitutis & resolutis non obstant fundamenta supra adducta pro priori parte in principio quaestionis: quia eis sufficienter satisfaciunt praedicti consulentes, & praecipue nostra *leg. 3. tit. 3. hoc lib. 8. non collect. reg. nempe:* quod in d. nihil disponitur de haereditatibus & alijs successioneibus, in quibus versatur nostra quaest. & ideo nihil obstat in proposito, praeterquam quod eadem lex non trahitur ad ius quaeritum aliter quam ex facto patris per supradicta, cum aliud sit tollere ius quaeritum, aliud tollere quaerendum.

Et post haec scripta plurima in praedicta quaestione congerit Thom. Saneh. in sua Summa l. 2. cap. 30. per totum, qui est videndus quoties opus fuerit.



S V M M A R I V M.

- Legis 3. & 4. tit. 3. lib. 8. noua collect. Reg. prohibitionum reconciliatis eorumque filiis & nepotibus officia publica intellectum & numeris sequentibus, praecipue n. 6. & 7.
- Graduum differentia inter descendentes ex linea virili haeretici vsque ad secundum gradum, & feminina vsque ad primum, ad non obtinenda beneficia publica.
- Haereticum ad hoc ut quis dicatur consummatus tria requiruntur, de quibus hic & n. 5. inferitur ex hoc, quod in eo habetur.

CORTA